MASTER NEGATIVE
NO. 93-81321-11

AUTHOR:

DAHMEN, ELOF

TITLE:

DE VERBIS LATINIS SUFFIXO-SCO-FORMATIS

PLACE:

LUNDAE

DATE:

1896

Master Negative #

93-81321-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Dahmen, Elof,

De verbis Latinis suffixo-sco-formatis; commentatio academica scripsit... Elof Dahmén... Lundae Malmströn, 1896.

62 p. 22 cm.

Thesis, Upsala, 1896.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4/26/93 INITIALS BAP

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1

DE VERBIS LATINIS

SUFFIXO -SCO- FORMATIS

COMMENTATIO ACADEMICA

SCRIPSIT

ET PERMISSU AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM

UPSALIENSIUM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

IN PUBLICO DEFENDET

ELOF DAHMÉN

LIC. PHIL. CALM.

IN AUDITORIO IV DIE XXI MENS. NOV. MDCCCXCVI

H. A. M. S.

LUNDÆ

TYPIS DESCRIPSIT E. MALMSTRÖM

MDCCCXCVI

DE VERBIS LATINIS SUFFIXO -SCO- FORMATIS.

Argumentum.

Qua natura sit k-sonus suffixi -sc-, quæritur.

Sententiam inde ab ieur. tempore et k-sonum palatalem et velarem suffixo subesse putantium [1]) ut veram esse credam, mihi persuadere non possum; pro certo enim habeo modo k-sonum velarem esse quærendum.

Lingua sct. suffixum *-ch-* exhibet, quod ad ieur. *sk* [2]) redire sunt qui contendant, præcipue ob eam causam, opinor, quod lingua ir. *-s-* ostendit [3]). Auctore *Brugmanno* temp. vet. ar. præsto erat *sś*, quod in sct. *tś*, denique *-ch-* est mutatum velut sct. *pachás* e **pat-śas* ad pad.

Quod si quæritur, num re vera sct. *sś* in *tś* mutari possit, id responsum datur *sś* factum esse *tś* non aliter ac vet. ar. *ss ts* e. gr. fut. *vat-syā́mi* e **vas-syāmi*, rad. vas „vestire," loc. pl. *vid-vát-su* e **vid-vas-su* ad acc. sing. *vid-vā́ṃs-am, viḍ-úṣ-ā*. Id autem evinci non potest *s* in *t* mutatum esse. Notissimum est *J. Schmidtium* [4]) ei sententiæ favere, ut jam temp. ieur. *s* in *t* in vocibus sct. *vidvátsu*, gr. εἰδότος, got.

---

[1]) Brugmann Grundr. II pag. 1030; Pedersen I. F. V p. 71 seq.

[2]) k = k-sonus palatalis; q = k-sonus velaris 'nudus; qu̯ = k-sonus velaris 'labialisatus'.

[3]) Brugmann Grundr. I § 400, § 557,2.

[4]) K. Z. XXIII p. 343 seq., XXVI, 329 seq.

veit-vōds cet. mutatum esse contendat, sed haud scio an illi sententiæ adminicula a *Hübschmanno* [1]) sint subtracta. Adeo non firmis argumentis niti mihi videtur, ut ad eorum sententiam probandam propensior sim, qui neque temp. ieur. neque in singulis linguis *t* e *s* esse profectum pro certo statuant.

Quod ad gr. εἰδ-ότ-α, εἰδ-ότο-ς cet. got. *veit-vōd* attinet, *Brugmannum* has formas recte explicasse adducimur ut credamus, cum et u̯et et u̯es formas e u̯o- amplificatas esse sumeret [2]), neque linguam sct. ullum exemplum præbere, quod ad demonstrandum *s* in *t* esse mutatum valeat, ex argumentis, quæ affert *Bartholomæ* [3]), elucere mihi videtur. Quod si *tś* e *sś* nullo modo evadere potuit, difficile est intellectu, qua via ieur. *sk* in sct. *ch* sit mutatum.

E contrario argumenta satis firma pro sententia, quam proposuit *Zubatý* [4]), afferri possunt nec quidquam prohibere videtur, quominus sententiæ ejus accedamus, quam si sequimur, sct. *ch* ad ieur. *sq* redire habendum est. Eo igitur auctore ieur. *sq* ante vocales *i e* temp. ieur. positum temp. v. ar. *sc* deinde sct. *ch* factum est. Ad hanc sententiam probandam afferri possunt:

sct. *áccha,* slav. *ešte, ješte,* ieur. **esqe* [5]).
sct. *chayá,* v. bulg. *stěnĭ,* ieur. **sqē̯i̯á*. cfr gr. σκιά.
sct. *tucchiá,* sl. *tŭštĭ* [6]), ieur. **tusqi̯o.*

[1]) K. Z. XXVII p. 330.
[2]) Grundr. II p. 412.
[3]) Studien zur indogerm. Sprachgesch. II p. 1 seq.
[4]) K. Z. XXXI p. 9 seq.
[5]) num lat. *usque* huc referendum sit, in incerto est.
[6]) št *šč, st *sc vocalis sequentis causa.

sct. *chinátti* ir. *scindayeiti*, lit. sl. *skėdžiu, skėsti,* gr. σχίζω, l. *scindo.*
sct. *picchōrā* cfr sl. *piskati.*

Cetera exempla vide Zubatý (K. Z. XXXI l. n.).

Exempla supra allata si quis perspexerit, e linguis lit. slav. argumenta ad sententiam sct. *ch* ad ieur. *sq* redire sustinendam repeti posse facile intelliget. Idem e lit. *jëszkóti,* v. b. *iskati* ad sct. *ichámi,* v. g. *eiscōn* efficitur. Nam nostro quidem judicio fieri non potest, quin *jëszkóti, iskati* suffixum 'inchoativum' contineant, neque *Brugmanno* [1]) assentiri possum, qui linguas lit. et. v. b. formas *jëszkóti, iskati* a lingua germ. mutuatas esse propensus est ad credendum. Sententia igitur eorum, qui lit. *sz,* v. b. *s* suffixum 'inchoativum sct. *ch* representare putant, est rejicienda. Quæ exempla ad ejusmodi sententiam probandam sunt allata, meo quidem judicio ad persuadendum apta non sunt.

Persson [2]) opinatur lit. *rusz* suffixum inchoativum (sk(h)) continere posse, quod non esse credo, quippe quum lit. *rusz* ad ieur. **ruk,* stirpe *ru* littera determinante *k* aucta, redire possit. Non aliter lit. *triszù* ad ieur. **trek* referri potest, cfr **trem* in lat. *tremo* et **tres* in sct. *trasati* [3]). Item lit. *maiszýti,* v. b. *měsiti,* ,miscere' nihil nisi radicem in ieur. *k* desinentem ostendit. Lit. *gaisztù, gaiszaũ, gaĩszti* cum lat. *hæreo*, rad. in *-s,* est collatum [4]), quæ tamen sen-

[1]) Grundr. I § 414 anm.
[2]) B. B. XIX p. 274.
[3]) *Meillet,* Mém. d. l. soc. d. ling. VIII p. 294 seq.
[4]) vide *Brugmann* Grundr. I p. 306.

tentia propter discrimen significationis falsa esse videtur. Multo verisimilius est lit. *gaĩszti* et lat. *figo* esse collocanda [1]), ita ut ex ieur. rad. **ghaịk*, **ghaịg* proficisci habeantur. Restat lit. *aũszta*, 'illucescit' præt. *aũszo*, quod sine dubio radicem in *-s* desinentem ostendit, cfr. lat. *aurora*, rad. *au̯s-*, sed haud scio an *Meillet* verum viderit, cum sumeret *-sz-* legibus linguæ convenienter pro *-s-* adhiberi. Confert enim recte *áuksztas* ex **aukstas*, lat. augustus. Ex *aũszta sz* via analogiæ ad præt. *aũszo* esse transductum facile cogitari potest. Dictum igitur volumus linguas lit. sl. in veris ac genuinis præsentiis suffixo 'inchoativo, formatis nihil nisi *szk, sk, jëszkóti, iskati* ostendere, quod ad ieur. *k-* sonum velarem redire verisimillimum est. Quod si sct. *ch* et lit. *szk*, sl. *sk* inter se respondent, sequitur, ut sct. *ch* k- sonum velarem continere habendum sit.

Sequitur, ut de ir. *-s-* mentionem faciamus. Sct. *ch,* lit. *szk,* sl. *sk* ad ir. *s* respondet in ir. *ja-sā-mi*, gr. βά-σκω. sct. *gáchāmi;* ir. *isaiti* ad v. b. *iskati*, sct. *ichāmi;* ir. *tusen* ad sct. *tucchiá* cet. Prope omnibus est persuasum ir. *-s-* ad ieur. *sk* redire, qua causa ducti non gravati sunt docti viri suffixum 'inchoativum' linguæ ir. k- sonum palatalem exhibere pro certo statuere. Sed quum fieri non posset, quin ratio lit. sl. *szk, sk* haberetur, quæ linguæ k- sonum velarem subesse posse demonstrarent, nullum refugium visum est quam ut ieur. -sq- præsentiis et sonus velaris et palatalis subiceretur. Hanc sententiam a veritate ab-

[1]) *G. v. Sabler* K. Z. XXXI p. 279.

horrere pro certo statuimus. Propensior sum ad putandum ir. *-s-* inter vocales positum ad ieur. *-sq-* redire. Nam quod ieur. *sq* in lingua ir. *sc* ostendere videtur, e. gr. ir. *kas-ciþ* [1]), id ad nostram sententiam infirmandam minime valet, propterea quod *kas-ciþ* temp. ir. est compositum duabus vocibus, postquam lex ieur. sq = ir -s- valere desiisset. Nostra quidem sententia congruentiam ir. *-s-* et lit. *szk*, v. b. *sk* majoris momenti esse oportet ad declarandum, qua natura sit k- sonus suffixi inchoativi linguæ iranicæ. Quod si ir. *scindayeiti* gr. σχίζω. lat *scindo*. sct. *chinádmi,* lit. *skëdžiu* conferuntur, evidens ac manifestum videtur in initio vocis aliter rem se habere. Id præcipue dictum volumus in suffixo inch. ir. *-s-* ad lit *szk,* v. b. *sk* respondere, cui velarem k-sonum subesse neminem fugit. Quod ad ir. *teresaiti*, lit. *triszù* attinet, supra est monitum illud verbum minime suffixo inchoativo formatum esse, sed radicem in ieur. *k* desinere.

Si nobis persuasum est modo k-sonum velarem suffixo subesse, deinde in sententiam sæpe prolatam est inquirendum temp. ieur. sonum aspiratum suffixo inesse posse. *Auctore Brugmanno* [1]) lingua græca sonum aspiratum exhibet, quod nullo modo demonstrari posse putamus. Liceat nobis exempla ab illo prolata inspicere. *Brugmann* affert πάσχω et γλίσχ-ρος. Sed causam k-sonus aspirati credimus esse quærendam in sono aspirato stirpis, ieur. **qn̥th-sqō*. Conferri potest gr. ἔσχατος ex ἐξ ex **eghz* et suffixo *-κατος* ortum [2]), aspi-

[1]) Grundr. II p. 1030.
[2]) Wackernagel, K. Z. XXXIII p. 41.

ratione, quæ vocatur, ad suffixum transducta. Quod ad γλίσχρος attinet, id simili modo e *γλι-χ̥-σκρος, rad. *gleị* ortum esse opinamur. E græca lingua igitur argumenta repeti non posse credo, quibus stabiliatur sententia temp. ieur. sonum aspiratum suffixo inchoativo inesse putantium.

Sct. *ch* nihilo magis ad ejusmodi sententiam confirmandam adhiberi potest, id quod *Zubatý* contendit. Gr. σχ̥ίζω, sct. *chinátti,* lit. *skė̃džiu* num sonum aspiratum a temp. progræco habuerit, in dubium vocari potest. Causa autem gravissima, cur sct. *ch* ad ieur. *sqh* redire negemus, est quod ieur. *sqh* numquam palatalisationem, quæ vocatur, patitur ac pro certo habemus sct. *-ch-* nihil aliud esse quam ieur. *sq* primitus ante vocales palatales positum, ieur. *sq* autem ante vocales non-palatales nobis dare sct. *sk* e. gr. sct. *skambhás, skunóti* sim.

Utrum ieur. *q* an *qu̯* suffixo inesse putandum sit, in aperto non est; si got. *ga-vrisqan* sct. *vrdh* fides habetur, verisimilius fit ieur. *qu̯* esse quærendum[1]).

Stirpes temp. ieur. tempus præsens suffixo -sq- formantes [2]).

rad. *gem,* ieur. *gm̥-sqé-ti;* sct. *gá-cha-ti,* ir. *ja-sa-iti,*
gr. βάσκε.

[1]) vide Pedersen IF V p. 71 seq.
[2]) cfr Brugmann Grundr. II § 670.

rad. *prek,* ieur. præs. **pr̥k-sqé-ti.* sct. *pr̥cháti,* ir. *peresaiti,* l. *pōsco.* v. g. *forscōn.*

rad. *aịs,* ieur. præs. **i(s)-sqé-ti,* sct. *icháti.* ir. *isaiti,* umbr. *eiscurent,* lit. *jëszkóti,* v. b. *iskati,* v. g. *eiscōn.*

Stirps eadem littera determinante -o- aucta occurrit in lat. part. *æruscans* ex **aịso-sq-* [1]).

rad. *u̯en.* sct. *vāñchati,* v. g. *wunsc(i)an.* rad. *gen;* **gnō,* in gr. epir. γνώσκω, lat. *nōsco.*

rad. *bhā-* in arm. *ba-çi,* gr. φ̥ά-σκω.

rad. *es-* 'esse' in gr. ἔσκε, v. l. *esco.*

Usum verba *-sq-* formandi in lingua ieur. latius patuisse non est, cur credamus. Jam temp. ieur. suffixum vim præsens indicandi amisisse videtur in sct. *papracha,* lat. *poposci* [2]). Linguam ieur. in nominibus abstractis. quæ vocantur, formandis, suffixo -sq- usam esse e vocibus, quæ sequuntur, elucet:

ieur. **pr̥k-sqā,* sct. *pr̥chā,* g. *forsca*
ieur. **i(s)-sqā,* sct. *ichā́,* g. *eisca.*
ieur. **u̯n̥-sqo-,* v. g. *wun-sc,* cfr. sct. *vāñchā.*

E formis ved. *pr̥ccháti, r̥ccháti, iccháti, uccháti* accentum temp. ieur. vocali thematicæ, quæ vocatur, tributum esse concludere possumus; quo factum est, ut radicis forma levissima ostenderetur, e. gr. ieur. **pr̥k-sqé-ti,* rad. **prek.* Idem in gr. φ̥ά-σκω, rad **bhā,* cfr φη-μί; gr. χ̥ά-σκω ad gr. χή-μη cet. Quomodo autem sct. *gáchāmi* est explicandum? Ex ieur. **gm̥-sqó* nihil nisi sct. **gachā́mi* fiat necesse est, sed sct. *gạ́chāmi*

[1]) *Fick,* Wörterbuch p. XXXVI, B. B. XVI p. 170.
[2]) aliter *Brugm.* Grundr. II pag. 1212.

ad similitudinem sct. *bhárāmi* esse novatum verisimillimum est [1]).

Hoffmann [2]) aliam sententiam probare conatus est vocalem quoque stirpis temp. ieur. accentum habuisse præ se ferens, gr. γνώ-σκω et sct. *vāñchati*, sed nihil esse mihi videtur, cur ejusmodi sententiæ favere cogamur. Nam quod ad gr. γνώ-σκω attinet, quin in lingua ieur. accentum alium locum tenuisse quam in lingua græca sumamus non est quod impediat. Quo loco accentus primarius sit positus, e formis gr. γνω-τός, sct. *jñā-tá* intelligi potest; γνω in in γνώ-σκω, γνω-τός, *jñā* in *jña-tá* nihil aliud est nisi stirps non-præsentica, temp. ieur. ante syllabam accentu notatam posita. Hoc loco in incerto relinquitur, utrum secundum sententiam illam *Brugmanni* **gn-ē* **gn-ō* e forma stirpis infirmissima vocali longa suffixi instar aucta sint formata, an sint **gnā* **gnē (*gnō* secundum scalam vocalium *ā: ō, ē: ō)* formæ leves stirpis disyllabæ **géna, *gené*.

Sct. *vāñchati* nihilo magis ad sententiam *Hoffmanni* probandam valet. *Hoffmann* v. g. *wunsc* in *wunsc(i)an* cum sct. *vāñchati* conferens illud ad ieur. formam, in qua accentus suffixo esset tributus, hoc autem ad ieur. formam, cujus prima syllaba accentu notata esset, redire censuit. In hanc sententiam illud equidem animadversum velim, quod v. g. *wunsc* et sct. *vāñchati* ad *eandem* formam ieur. esse referenda pro certo habeo. Nam *-un-* in *wunsc* ieur. formam accentu non notatam, quæ ad ieur. *ena*, sct. *ani* respondet, mihi videtur significare. Illud *-un-* legibus linguarum convenienter ad sct. *ā* respondet. Illud quidem *Brugmanno* [1]) assentior, quod sct. *vāñchati* pro **vāchati* esse novatum judicat, sed in vocali *ā* explicanda sententia *Brugmanni* a veritate abhorrere mihi videtur. *Brugmann* sct. **vāchati* ad ieur. **u̯n̥̄-sqe-ti* refert; quum autem sententia illa de ieur. *m̥̄ n̥̄* prolata minus est verisimilis quam cui fides habeatur, aliam viam *ā* in **vāchati* explicandi ingredi opus est. Mea igitur sententia ad id spectat, ut *ā* in **vāchati* non aliter ac ac *un* in *wunsc* ad forman ieur. accentu carentem, quæ ad ieur. stirpem disyllabam *ena*, sct. *ani* pertineat, esse referendam credam. Ejusmodi forma disyllaba in sct. *vanitar*, *vanišīšta* nobis occurrit.

[1]) *Osthoff*, Paul-Braune Beiträge VIII p. 301.

[2]) Das præsens der indog. Grundspr. pag. 56.

[1]) Grundriss II pag. 1032.

Stirpes in consonantem cadentes.

vescor ieur u̯es-sq-

Osthoff (Perf. p. 71) *vescor* confert cum sct. ghas, p. 606 autem sententiam suam mutavit, *Geldnero* assentiens, qui (K. Z. 27 p. 217 et 260) e tribus locis in R̥gveda positis indo-ir. radicem vas eruens lat. *vescor* cum radice illa componit [1]. Stirps ieur. *u̯es* „edere“ est, si Perssonio [2]) credimus, non alia ac stirps *u̯es* „lætari“ in sct. *rás-u*, bonus, fortasse got. *wisan.*

Ratio verbi *vescor* explicandi a nobis supra laudata abhorret a sententiis, quas de hoc verbo proposuerunt *L. Havet et Brugmann.* Hic enim (Grundriss II § 674) *vescor* refert ad radicem *ed,* h. e. *vescor* e **ve-edscor, *ve-escor,* ille vero (Mém. VI, 21) lat. *vescor* cum gr. βόσκεσθαι esse componendum pro certo statuit, negans *e* vocalem longam esse.

Ad sententiam suam fulciendam Brugmann in comparationem vocat *vescus* et *ēsca.* Qua de causa verba illa inspiciamus. Auctore *Meyero vēscus* extitit e *vē* et *ēscus* Particulam *vē* aliquid sejuncti, separati e. g. *ve-stigium, vēstibulum* significare,

[1]) Baunack K. Z. 27, p. 561 eandem radicem in gr. ἦια videt. vide etiam Strachau K. Z. 32 p. 320.

[2]) Wurzelerw. p. 79 et 80.

quin etiam vim simplicis verbi negare e. g. *vē-sanus, vē-cors* satis constat [1]). Quo fit, ut *vēscus* sit, qui paulatim de aliqua re edat vel de quo edatur (vide Curtius Stud. 8, 59 seq.) Si explicationem Brugmanni sequeremur, *vescor* idem esset ac *'derodere'* sed verisimilius esse videtur *vescor* non cum *vescus* esse conferendum sed cum radice illa vas. Quod autem ad sententiam Haveti attinet, qui gr. βόσκεσθαι ad lat. *vescor* refert, minus est verisimilis quam ut copiosius refellatur necesse sit. Gr. βόσκω subest radix ieur. *gō : gā : gē,* cfr lit ge-tis, lat. bætere (Prellwitz pag. 50).

sue-sco.

Bréal [2]) præter *suēscere* etiam verbum *suēre* linguam latinam præbere censet, qua in re nobis persuadere non potest. Licet enim sententia ejus eo commendetur, quod Charisius auctore Prisciano (VIII, 15 Keil p. 508) in medium fert *consueo,* tamen verisimile est grammaticum illum ob eam causam, quod formæ *suēmus, consuēmus* apud scriptores Romanos inveniuntur [3]), ut præsentis *sueo, consueo* mentionem faceret, adductum esse.

Formas autem *suēmus, consuēmus* ad verbum *suēre* demonstrandum nihil valere in aperto nobis est considerantibus perfectis contractis formas illas adscribi posse (Neue, Formenlehre II p. 534) h. e. pro *suēvimus, consuēvimus* stare.

Sequitur, ut, quomodo ortum sit *suesco,* explicemus. Duæ sententiæ inter se dissimiles sunt prolatæ.

[1]) Stolz Hist. Gram. der lat. Sprache p. 396.

[2]) Mém. VII p. 31.

[3]) Lucretius I 60, 301, IV, 369; Propertius I, 7, 5.

Prellwitz. (p. 84), Bréal exemplum Curtii [1]) sequentes non nisi e stirpe pronominali sct. *sva*, gr. ἕ, lat. *se suescere* esse profectum censent, quum alii e **su̯ēdh-sqo* originem nostri verbi trahunt, quæ stirps in sct. subst. *svadhā́*, gr ἔθος *(*su̯edhos)* ἦθος *(*su̯edhos)* got. *sidus* præsto est. Nihil impedit, quin stirpi **suedh* subesse stirpem pronominalem *su̯e* etverbalem *dhē* in sct. *dhā*, gr. τιθέναι (vide Curtius l. n.) sumamus. Propensior sum ad rationem explicandi sequendam *suēsco* e **suedh-sqo* ortum esse putantium. Si quis quærat, nonne perfectum *suēvi* impedimentum ejusmodi explicationi præbeat, respondetur perfectum *suēvi* ad similitudinem *cresco, crēvi* formatum esse.

com-, dis-pesco [2]) e *perc-sco. *parc-sco.

Hoc verbum significat cohibere, refrenare, e. g. „sitim multa compescuit unda".

Qua origine sit *compēsco*, non satis liquet, sed veritati proximus Brugmann esse videtur, id ad sct. radicem *parc-*, „jungere" referens (Grundriss II § 674, I. F. I p. 176).

Vix dignæ sunt, quæ memorentur, aliæ sententiæ de origine hujus verbi prolatæ, quas apud Jobum (Le présent cet. pag. 170) relatas reperire licet.

pō-sco e **porc-sco* ieur. **pr̥k-sqó* ved. prcháti, ir peresaiti v. g. forscōn. Proficiscimur e stirpe disyllaba **perek*. Stirps vocalem priorem detrudens præsto est

[1]) Etymologi[5] p. 251.

[2]) dis-pēsco formatum esse videtur, ut compesco opponeretur, non aliter ac disjungo et conjungo (Brugm. Grundr. II § 674 not.) De quantitate vocalis *ē* vide *Stolz* Hist. Gram. der lat. spr. p. 325.

in lat. *precor;* posteriore vocali evanescente obvium fit v. g. *fergōn,* lit. *perszù,* ieur. **perk-o.*

escit e radice *es,* „esse" ex **es-scit.*

Formæ escit, escunt occurrunt in fragmentis tab. XII et eandem significationem habent ac est, sunt.

mīsceo e **mīc-sceo,* rad. *mei̯k* sct. miśra.

gr. μίσγω pro *μίσκω e *μικ-σκω (Brugm. Grundr. II § 673) Aliter de gr. μίσγω Wackernagel (K. Z. XXXIII p. 38 seq).

Oritur quæstio, quid causæ sit, cur *mīsceo* suffixo *éi̯o* sit formatum. In aperto est suffixum -sq- adeo radici *mei̯k* adhæsisse, ut radici tribueretur; quo factum est, ut stirps amplificata formationi *éi̯o* subici posset. Simili modo suffixum -sq- ad perfectum transductum est in *pōsco, popōsci,* quod iam tempore ieur. factum esse e sct. *papracha* apparet. In latina autem lingua extiterunt *disciturus, nasciturus, discitare,* cet.

dīsco.

In lingua latina non nisi unum exemplum stirpis reduplicatæ ante suffixum positæ, *dīsco* e **di-dc-scō,* **di-tc-scō,* cfr gr. δι-δάσκω e *δι-δακ-σκω.

Quod ad formationem attinet, *dīsco* proxime cum quibusdam sct. desiderativis, quæ vocantur, cohærere in aperto est. Temp. vet. ar. nobis occurrunt e. gr. *śíkṣati* ad *śak*, *sīkṣate* ad *sah* [1]). Inter syllabam reduplicationis accentu semper præditam et casum *sá* primum evanuisse vocalem brevem radicis, deinde con-

[1]) cfr Whitney Indische Gr. § 1030. J. Schmidt, Kritik den Sonantentheorie pag. 55 seq.

sonantem primam radicis elisam esse credibile est [1]), e. gr. vet. ar. **ši-šak-ṣáti*, **ši-šk-ṣáti*, *šíkṣati*. Eodem modo *dīsco* ortum esse credimus e **di-dec-sco* **di-dc-scō*, **di-tc-scō*, **dic-scō*, *dīsco*. Ex eadem radice qua desiderativum *dīsco* est profectum, etiam causativum *doceo* suffixo *éjo* formatum est.

Rationem stirpis reduplicatæ in -sqo- præsentiis formandis utendæ ad tempus ieur. referri oportere e formatione verbi *dīsco* apparere videtur.

Alia est quæstio, quomodo explicanda sint verba reduplicata græcæ linguæ suffixo -σκω formata.

Talia sunt: γι-γνώ-σκω, βι-βρώ-σκω, τι-τρώ-σκω, κι-κλή-σκω, μι-μνή-σκω, δι-δρᾱ́-σκω, πι-πρᾱ́-σκω.

Alio modo formata sunt: τι-τύ-σκομαι juxta τε-τύσκετο, δε-δί-σκομαι, ἐ-ίσκω e *ϝε-ϝί(κ)-σκω.

Non sine verisimilitudine sumi potest elementum reduplicationis horum verborum ætate posterius esse quam suffixum -σκ-. Ejusdem generis sunt ac θνήσκω cet. et reduplicationem verbis ἵστημι cet. debent. Formam primigeniam dialectus epirotica ostendit γνώ-σκω præ se ferens; item ἀνα-βρώσκω· κατεσθίων (Hesych.) et lat. *(g)nōsco, reminīscor* demonstrare videntur formas reduplicatas γι-γνώ-σκω, μι-μνή-σκω βι-βρώ-σκω in lingua græca novatas esse.

conquinīsco [2]) *et obquinīsco*,

Priscianus 10, 3. 17, tradit formam perfecti temporis „conquexi“.

Stirpem ieur. **q̯ueq* vel **qeu̯q* subesse in aperto

[1]) Brugmann Grundr. II pag. 1028.

[2]) Ad conquinisco est referendum coxim, cfr Schmidt K. Z. XXIII, 270, XXV, 76, 94, Pluralb. 105. Osthoff Perfect. 583.

est formamque primigeniam **conquinicsco* esse pro certo statuimus.

Aliam explicationem probant Frœhde [1]), Sittl [2]), al. *conquinīsco* e **conquicnisco* deducentes, quorum sententia tamen est rejicienda. Legibus enim linguæ latinæ convenienter fieri non potest, quin **conquicnisco* ad **conquignisco* transeat, cfr *salignus* ad *salic-*, *dignus* ad **dec-nos* [3]). Litteram *c* ante *n* positam evanescere negat Schmidt (Pluralbild. p. 205 nota [4]) neque adducimur ut credamus *c* hoc loco expulsum esse propter euphoniam quæ dicitur, ut Frœhde, necessitate coactus, difficultatem tollere conatur.

Quam ob rem nobis sententia, quam proponunt Wackernagel [5]), Pedersen [6]), Johansson [7]) al., multo probabilior ac pæne necessaria videtur, quorum viam secuti explicandi *conquinīsco* e **conquinicsco* profectum esse opinamur.

frūnīscor [8]), *frūnītus* (Gellius 17, 2, 8.)

Quod ad significationem attinet, idem significat fruniscor ac fruor neque dubium est, quin ex eadem radice *frūg* egressa sint. De origine hujus verbi variæ sententiæ sunt prolatæ. Quum enim alii præ se ferunt

[1]) B. B. XVI p. 188; cfr Stolz. Hist. Gr. 128, 355.

[2]) Archiv I p. 470.

[3]) Brugm. Grundr. I § 500.

[4]) cfr tamen rāna e *vracna, vide v. Sabler K. Z. XXXI p. 283.

[5]) K. Z. XXXIII p. 41.

[6]) IF. II p. 287.

[7]) Akad. afh. till prof. Bugge p. 21 seq.

[8]) frunisci rarius fuit in ætate M. Tullii ac deinceps infra rarissimum (Gellius 17,2). Occurrit non nisi apud scriptores vetustiores, cfr Loewe Prodr. 326.

id egressum esse e **frūgnescor*, alii e **frūnegscor* eruunt. *Corssen, Sittl* al. verbum esse inchoativum a verbo quartæ conjugationis petitum judicant, alii stirpem nominalem *frūnĭ* e *frūgnĭ* subjungunt.

Lat. *gm gn* post vocalem longam in *m*, *n*, mutari satis constat, cfr *exāmen* ex **exāgmen, jūmentum* e **jūgmentum* [1]. Quæ huic legi repugnant, e. g. *rēgnum, sēgnis*, ab *Osthoffio* [2] sunt explicata. Quamquam nihil igitur prohibere videtur, quominus *frūnīscor* e **frūgnescor* deducamus, tamen non desunt, quibus se commendet sententia eorum, qui e **frūnegscor* id trahunt.

Secundum eam sententiam *frūnīscor* et *conquinīsco* stirpem „plenam“ præsentis classis VII sanscritæ exhibent i. e. cum sct. *yunájmi* sunt componenda et conferenda. A proposito non alienum esse duco paucis verbis quæstionem sæpe tractatam de verbis nasali infixo instructis attingere.

Hoc agitur, utrum verba nasali infixo instructa jam temp. ieur. augmentum illud acceperint an sint formationes verborum, quæ in singulis linguis extiterint. Priori sententiæ si quis accedat, duæ viæ ad declarandum patent. Ut enim nasalis infixus ad tempus ieur. refertur, ita fieri potest, ut a principio non infixus fuerit, sed suffixus, ejusque sententiæ auctores jam temp. ieur. -n- augmentum suffixum ante finem stirpis esse positum, nobis persuadere volunt. Alii autem sunt, qui credant -n- augmentum semper infixum fuisse. Ejusmodi rationis explicandi adversarii

[1]) Frœhde B. B. XVI p. 188, Brugm. Grundr. I p. 373.

[2]) IF. V p. 297 rēgnum est formatum ad regis, rex; sēgnis ortum est e sec–, cfr gr. ἧκα, lat. secius.

sunt, qui non nisi in vita singularum linguarum extitisse usum verba *-n-* infixo instruendi pro certo statuant, nam credere non possunt stirpi *-n-* elementum irrepsisse quæruntque, quid sit re vera augmentum illud et unde ortum sit.

Alia explicandi ratione utitur *Persson* [1], quæ si non modo bene est excogitata, sed etiam vera, difficultates tollere videtur. Qua est enim sagacitate animi, contendit conjunctionem duarum formationum esse sumendam. Dicit igitur in formis vetustissimis, e quibus tota series ejusmodi formationum sit profecta, consonantem in fine stirpis positam determinativum esse radicale, quod dicitur, nasalem autem suffixum esse, stirpi determinativo carenti additum; deinde confusionem esse factam credibile esse putat.

Qui rationem infigendi non probant, ut Brugmann [2], Streitberg, nasalem esse antecaptum præ se ferunt. Secundum eorum sententiam e. gr. sct. *yunákti, yuñjmás* eo modo nata sunt, ut fere **jug-n-més* **jug-n-té* in **jung-més*, **junq-té* mutarentur, *yunákti* autem secundum rationem verborum fingeretur, quorum nasalis non munere præsentis formandi fungeretur, sed pars stirpis esset, ut sct. *anájmi*, pf. *ānáñja* (lat. *ungo*). Ejusmodi anticipationem jam temp. ieur. fieri potuisse credunt. Ad sententiam fulciendam exempla e lingua latina eruunt e. gr. *pando* e **pat-no, tendo* e **tet-no* [3]. Sed evinci non potest ejusmodi anticipationem linguæ latinæ esse adscribendam, nam *pando* cet. melius fortasse aliter

[1]) Wurzelerw. p. 152.

[2]) Brugmann, Grundriss II pag. 971.

[3]) Thurneysen K. Z. XXVI p. 301 seq.

explicari possunt [1]. Si incertum est, num lingua latina exempla *-n-* antecapti præbeat, etiam minore verisimilitudine ejusmodi ratio verba formandi ad linguam ieur. refertur.

Contra De Saussure, Fick, J. Schmidt, Pedersen [2], K. F. Johansson [3] alii pro certo habent nasalem infixum multis locis esse sumendum. Pedersen quidem opinatur non modo verba ad classem VII^{am} sctam e. gr. *yunájmi* pertinentia, sed etiam ad IX^{am} e. gr. *grbhnā́mi* et V^{am} e. gr. *ş̧rnṓmi* augmento infixo primitus esse ficta.

Ut ad verba *frūnīscor conquinīsco* tractanda revertamur, nobis quidem hæc verba videntur cum sct. *yunájmi* esse conferenda, plenam stirpem -n- infixo instructam exhibentia. Si ita res se habet, ratio verba *-n-* infixo instruendi ad tempus ieur. jure referri potest. Jam temp. ieur. igitur præsto erat paradigma **bhrū-né-g-mi,* pl. **bhrū-n-g-més.* In lingua latina stirps plena **frūneg-* suffixo -sco- est aucta, unde ortum est *frunīscor.* Quid autem pl. **bhrū-n-g-més* in lingua latina dedisse putandum est? Johansson [4] jam temp. ieur. *-n-* evanuisse propter accentum translatum judicat; quo factum est, ut lingua ieur. **bhung-més* exhiberet, quod verbo latino *fungor* subesse cogitari potest.

Eodem modo lat. *conquinīsco* ortum esse e **con-que-neq-sco* opinamur.

---

[1] Vide Bartholomæ Studien zur indog. Sprachgeschichte p. 96 seq.

[2] IF. II p. 285 seq.

[3] De der. verb. contr. 108 seq.; P. Persson Wurzel. p. 154 nota.

[4] Ak. afh. till prof. Bugge Kristiania 1889 p. 21 seq.

Ex iis, quæ supra attuli, apparet verba *vescor, suesco, com-, dis-pēsco, pōsco, escit, mīsceo, dīsco, conquinīsco* et *frūnīscor* suffixo *-sco-* stirpibus in consonantem desinentibus addito esse formata, quam formandi rationem jam temp. ieur. viguisse e testimoniis singularum linguarum concludi potest.

Ante suffixum prorsus interire consonantem in fine radicis positam in aperto est. Id tantum ambigi potest, utrum id factum sit jam temp. ieur. an in vita singularum linguarum. Accidere potuisse, ut consonans elideretur jam temp. ieur., inclinor ut credam; et quod ad -s- in fine radicis positum attinet, rem ita se habere pro certo statuo, in comparationem vocans sct. *ichā́mi,* v. g. *eiscōn,* v. bulg. *iskati* e radice ieur. *ai̯s,* præs. ieur. **is-sqṓ, *isqṓ.* Hac in re dijudicanda non possum quin Brugmanno assentiar (Grundr. I p. 446).

Deinde in quæstionem est inquirendum, quomodo conjunctio explos. + s + explos. sit tractata, de qua re magna est dissensio inter viros doctos. Sunt qui putent *s* inter explosivas positum jam temp. ieur. evanuisse, sed quam non verisimilis sit hæc sententia, vix opus erit dictu. Secundum ejusmodi sententiam e. gr. ieur. **su̯eks-to-s* in **su̯ek-tos* mutatum est, unde gr. ἕκτος, v. sept. *sētte, sētti.* Si ita esset, lingua latina convenienter formam **sectus* exhiberet. Recte autem Brugmann (Grundriss II p. 478) **su̯ek-tos* e **su̯eks-tos* repetere dubitat, opinans *-s* in *su̯eks* elementum flexionis esse, quod primitus numquam in **su̯ek-tos* præsto fuerit. Evidens ac manifestum videtur *s* sæpe elisum esse in singulis linguis e. gr. sct. *ut-thā́tum* ex **ut-sthā́tum* (Brugmann Grundr. I p. 447).

Quod ad *s* inter gutturales positum attinet [1], quam quæstionem proxime ad nostrum propositum perqinet ut attingamus, Schmidt (K. Z. 27, 320), Brugmann (Gr. Gr.[2] p. 71) ostendunt in græca lingua non *-s-* esse extrusum, sed gutturalem quæ *-s-* præcedit. Cujus rei satis erit hæc exempla afferre:

ῥίσκος e *ῥικ-σκος (Prellwitz p. 274), δίσκος e *δικ-σκος ad δικεῖν, boeot. ἐσκη-δεκάτη e *ἐκσ-κη-δεκατη. Velim conferas λίσγος e *λιγ-σκος lat. *ligo*, πελασγός e *πελαγ-σκος (Fick, Gött. Gelehrt. Anzeig. 1894 p. 240).

Quæ formæ huic legi repugnant e. gr. ἑκκαίδεκα, ἐκκαλέω, in græca lingua novatæ esse possunt (Brugm. Gr. Gr.[2] p. 71).

Eandem legem in lingua latina valere [2]) formis e. gr. *escendo* ex **ec-scando*, *æsculus* ex **æg-sculus*, cfr gr. αἰγίς (Hirt IF. I p. 483) al. confirmatur.

Ut ad consonantem radicis ante suffixum 'inchoativum' tractandam revertamur, lex esse videtur in omnibus linguis ieur., quæ imperet, ut consonans stirpis prorsus intereat.

E græca lingua hæc exempla inter alia repeti possunt (vide G. Meyer. Gr. Gr. p. 450 seq.):

εἴσκω rad. ϝεικ; λάσκω. rad. λακ; μίσγω e *μικ-σκω; ἰάσκειν· ἄγειν Hesych; ἀλύσκω (Hom) ex *ἀλυκ-σκω, cfr ἀλύξω, ἤλυξα

τιτύσκομαι rad. τυκ;

---

[1]) De hac quæstione vide Osthoff M. V. IV p. 329, Bartholomæ K. Z. 27 p. 368, Wackernagel K. Z. 33 p. 38 seq, v. Fierlinger K. Z. 27, p. 196.

[2]) Stolz Hist. Gr. der lat. Sprache p. 325.

δεδίσκομαι rad. δεικ;

διδάσκω e *διδακ-σκω; πάσχω ad ἔπαθον;

In lingua latina rem eodem modo se habere jam demonstratum est.

Ejusdem rei exempla præbent e lingua celtica [1]) *faiscim* ad sct. *vāh-atē*, *con-mescator* e radice *meḳk;* v. g. *wascu* e **uṷt-sqō;* v. g. *krīsche* e **krīt-sqō-;* v. g. *forscōn* ad sct. *pṛcháti*, rad. *prek;* v. g. *eiscōn*, rad *aḭs;* lit. *jëszkóti* rad. *aḭs.*

Ubicunque igitur *-sq-* suffixum stirpi in consonantem cadenti est additum, consonans stirpis intereat necesse est, quam legem ad tempus ieur. non audaciæ sit referre.

Stirpes vocalem ante suffixum præbentes.

pā-sco.

cfr sct. *pā-ti*, *go-pá;* lat. *pā-nis*, *pā-bulum.*

E stirpe præsentis in lingua latina novata *pasc-* ortum est lat. sup. *pāstum* [2]) e **pāsc-tum* pro **pā-tum*. sct. *pā-tum.*

cfr *pāstor* e **pāsc-tor.*

---

[1]) Brugmann I. F. I p 176; Grundr. II § 675.

[2]) Osthoff Perfect p. 252; Persson Wurzelerw. p. 212; aliter Brugmann Grundriss II p. 1035.

pō-sco [1]) 'potare' cfr *pōsculentum, pōsca.*
cfr sct. *pā-ti, pā-hi, pānam* cet.
lat. *pō-culum, pō-tus,*
æol. πώνω, πῶθι;
cfr etiam sct. *pā́y-anam, pāy-áyati,*
sct. *pītá;* gr. πῖθι, ἔπιον.

Radix ieur. *pō* et *pō-i̯-*

hī-sco juxta *hiā-sco hiāre,* rad. *ghā-* et *ghāi̯.*

Ejusdem radicis sunt sct. *vi-hāy-as,* gr. χῑ-ραλέος, *v. sept. gīn,* sct. *vi-hā* gr. χά-σκω, χαίνω, χάος cet. [2]).

Radix in iis est numeranda, quæ jam præbent formas i̯ continentes, jam illo i̯ carentes.

Ejusmodi variationis linguas ieur. exempla sæpe præbere notissimum est. Ad declarandum, quæ ratio intercedat inter formas in *ā* et in *ăi̯ ĭ,* alii alias vias ingressi sunt. Sunt, qui illud i̯ primitus ad radicem pertinuisse et certis conditionibus evanuisse contendant, alii autem pro certo statuunt i̯ elementum secundarium esse.

Schulze [3]) quidem radices in *āi* desinentes ponendas esse opinatur. Eodem auctore scala vocalium in hunc modum est struenda: *āi̯ : ī : ĭ* e gr. sct. *pāy-anam :* πίνω : ἔπιον.

Formas in *ā* cadentes e. gr. sct. *pā-ti* ita esse formatas judicat, ut i̯ evanesceret ante consonantem et in fine vocis, *pā-ti* e **pōi̯-ti.*

---

[1]) Brugmann Grundr. II p. 1035.

[2]) Persson, Wurzelerw. p. 117; Schulze, K. Z. XXVII p. 425; Prellwitz p. 355; Curtius Etym.[5] p. 196; Corssen, Aussprache I[2] p. 101.

[3]) K. Z. XXVII p. 421 seq.

Illius Schulzii sententiæ sunt qui adversarii sint: *Hoffmann* [1]), *Persson* [2]), *Johansson* [3]) alii.

Ac *Hoffmann* quidem e formis ex. gr. *pĕ-i̯ō, bhĕ-i̯ō* egreditur, i̯ primitus ad præsens pertinere arbitrans, postea autem accentum ad vocalem radicis esse retractum *péi̯-ō, bhéi̯-ō,* quo factum esse, ut i̯ non amplius ad præsens, sed ad veram verbi radicem referretur.

Persson credere non potest formas i̯ continentes primas esse, sed stirpes duplices sumit, e. gr. alteram *pō-,* alteram *pō+i̯* h. e. i̯ suffixo auctam.

glī-sco, rad. *glei̯.*

Huc referre licet sct. *jráyati, jráyas,* gr. γλι · εὔτονον, ἰσχυρόν (Hesych).

Prellwitz [4]), alii lat. *glīsco* cum gr. χλίω conferunt, quod meo quidem judicio a veritate abhorrere videtur.

viē-sco, part. viē-tus.

Persson [5]) huic verbo subicit radicem *u̯i, s-* determinante auctam in v. sept. *vis-enn.* Schulze [6]) *vi-ē-sco* refert ad sct. *vāy-ati, vā-ta, vāna,* lit. sl. *výstu,* pro certo statuens radicem in *āi̯* cadentem esse subjungendam

Neutra ratio nobis probanda videtur. Contra *Brugmannum* [7]), *Fickium* [8]) verum vidisse credimus, *viē-sco* cum sct. *jyā-ní-š,* 'Gebrechlichkeit' conferentes.

Nostra quidem sententia subest radix ieur. **gi̯ē,* quæ præsto est in participio *viē-tus.* In lingua latina

---

[1]) Præs. p. 53 seq. [2]) Wurzelerw. p. 120 seq.

[3]) de der. verb. contr. p. 117 seq.

[4]) Etym. Wörterbuch pag. 360, cfr. Curtius Etym[5] pag 656.

[5]) Wurzelerw. pag 79.

[6]) K. Z. XXVII p. 427.

[7]) Grundriss II § 674.

[8]) Wörterbuch I[3] 570; sct. jya– mi, senesco.

fuit, opinor, fortasse a principio nihil nisi part. *viē-tus*, unde præsens *viē-sco* est novatum.

Stirps sct. *jyā-* fortasse in stirpibus disyllabis est numeranda, sct. **jayi* [1]).

quiē-sco, part. quiē-tus.

Nihil est, cur simplex verbum *quiēre* umquam fuisse opinemur. Pompejus (Com. art. Donati 20): „hæc verba (quieo, seneo) ex parte jamdiu sublata sunt de usu et remanserunt partes aliquæ de forma inchoativa, partes aliquæ de forma perfecta". Non dubium est, quin grammaticus ille simplex verbum *quieo* finxerit, ex quo derivaret *quiēsco*.

Apud Gellium (7, 15) grammatici quidam inter se pugnant, utrum *e* vocalis correpta esse debeat an producta; utra sententia vera sit, non difficile est dijudicare, inspicientibus inscriptionem QVIÉSCERE VI, 25531, ubi apex *e* litteram ornans vocalem longam esse significat [2]).

Quod ad formationem *quiē-sco* attinet, eodem modo ac *viē-sco* fictum esse credimus. Subest radix ieur. **qie̯* vel **qii̯e*, quæ nobis occurrit in gr. τίη- ad τε-τίη-ται [3]). Ad eandem radicem licet referre ir. *šye-iti-š* [4]).

crē-sco, part. *crē-tus*.

Prellwitz [5]) lat. *cresco* confert cum gr. κορ-θύνω, κέρας cet.

Crē-sco formatum esse videtur ope stirpis ad

---

[1]) Bechtel Hauptprobleme pag. 210 —

[2]) Vide Christiansen de apicibus et *i* longis p. 54.

[3]) Saussure Mém. d. l. soc. de ling. VII p. 86 seq.

[4]) Brugmann Grundr. II pag. 964.

[5]) Etym. Wörterbuch pag 159 —

perfectum pertinentis *crē-*, cui subesse stirpem disyllabam ieur. **kere* verisimile est, cfr gr. κορε- in κορέννυμι.

gnōsco, nōsco; gr. epir. γνώσκω att. γι-γνώσκω.

Brugmann [1]) formam ieur. **gn-ō-* ponendam esse judicat. Jam in lingua ieur. fuisse formam radicis **gnō* manifestum videtur formis sct. *jñātá*. gr. γνωτός, lat. *nōtus*, sct. *jajñāu*, lat. *nōvī*, sct *jñātár* lat. *nōtor* comparatis.

Juxta ieur. **gnō* præsto est stirps in *ā* cadens in lat. *gnārus, i-gnārus;* item forma radicis ieur. **gnē* in v. g. *incnāhen*, 'agnoscere' [2]); denique ieur. **géna-*, **gené* in sct. *jānīmás* (pro **janīmás)*.

nā-scor e **gnā-scor*.

Forma radicis lat. *gnā-* in *nā-scor, nā-tus. cognā-tus. nā-tio.* *Fickio* [3]) auctore lat. *gnātus* idem est ac sct. *jātá* [4]): gr. -γνητος. γνήσιος, γνωτός eodem auctore in lingua sanscrita respondet *jñātí*. Forma radicis lat. *gena* occurrit in *indi-gena:* sct. *janí* in *janišra, jáni-tar;* *gene* in lat. *geni-tor*, gr. γενέτωρ, γενετήρ.

Ad quæstionem tractandam, quomodo explicanda sint verba latina *nosco, nāscor, cresco*, in comparationem vocare par est verba græca ejusdem formationis θνή-σκω, βλώ-σκω, θρώ-σκω, γνώ-σκω, κικλήσκω, μιμνήσκω, ῥησκομένων · λεγωμένων (Hesych.) alia.

---

[1]) Grundriss II p. 1031.

[2]) cfr Fick Wörterbuch I^4 p. 51, 215, 431.

[3]) Wörterbuch I^4 p. 430

[4]) pro *jāntá secundum legem, quæ ieur. *n* post *ā* et ante *t* positum ante syllabam accentu præditam evanescere jubet (Schmidt Pluralb. p. 170 seq.).

Alii aliter hæc verba tractant. *Brugmann* [1]) βλώ-σκω ex ieur. **ml̥̄*-, βρώ-σκω ex ieur. **gr̥̄*-; θρώ-σκω ex ieur. **thr̥̄*-, θνή-σκω ex ieur. **ghn̥̄*-

Secundum sententiam *Brugmanni* etiam lat. *(g)nā scor*, *nā-scor* ortum est ex ieur. **gn̥̄*- h. e. e radice temp. ieur. -*n̥̄*- exhibente. Inter omnes constat magnam esse dissensionem inter doctos viros de sententia illa, quam proposuit primus *de Saussure* de ieur. nasali sonante longa [2]).

Sunt enim, qui ejusmodi sententiam satis firmis argumentis minime niti pro certo statuant, *Persson* [3]), *Kretschmer*, *Bechtel* [4]), alii. In difficillimam illam quæstionem non in animo est ingredi; id tantum dictum volumus a *Schmidtio* fulcra illi sententiæ in libro nuper edito, qui inscribitur 'Kritik der Sonantentheorie', sublata esse nobis videri.

Jam vero stirpes in vocales longas cadentes gr. γνη, βλη, τρη, κλη, θνη, μνη, sct. *prā* cet. cum stirpibus disyllabis cohærere et ex iis ortas esse hodie sunt qui putent. Notissimum enim est multa argumenta proferri posse pro sententia, quam proposuit *de Saussure*, juxta stirpes monosyllabas etiam stirpes disyllabas linguæ ieur. adscribendas esse [5]).

[1]) Grundriss II p. 1033

[2]) vide de Saussure, Mémoire sur le système primitif des voyelles 1879 p. 239 seq. Osthoff, Perfect, p. 373 seq, 331 seq. M. V. IV p. 280. Hübschmann, Vocalsystem p. 131, 184; Brugmann Grundriss I p. 252 —

[3]) Wurzelerw. p. 70, 286.

[4]) Die Hauptprobleme der indog. Lautlehle, pag. 215 seq.

[5]) efr Hübschmann Vocalsystem p. 181 seq. Fick, Gött. Gelehrt. Anz. 1881 p. 1425, seq. B. B. I p. 1 sq. K. F. Johansson

Ut igitur jure e formis gr. γόν-ος, ἐγέν-ετο eruere possumus formam radicis ieur. *gen*, ita formis lat. *genitor*, *genetrix*, gr. γενε-τη, sct. *jani-tar* perspectis eodem jure constituere possumus stirpem disyllabam gr. γενε, lat. *gene*, sct. *jani*. Ac dubium non esse videtur, quin ratio quædam intercedat inter stirpes disyllabas et stirpes monosyllabas in vocales longas cadentes, e. gr. inter gr. γενε et γνη, inter sct. *jani* et *jñā*.

Vulgo credunt accentum temp. ieur. varias formas ejusdem radicis effecisse [1]). Quomodo autem hoc factum sit, meo quidem judicio non in promptu est, nam formæ monosyllabæ occurrunt et in syllabis accentu non præditis, velut gr. στρωτός, lat. *strātus*, sct. *prātá* et in syllabis, quæ accentum exhibent, velut gr. στρῶμα, lat. *strāmen*.

Utut hæc res se habet, tamen non possumus quin censeamus, *Bechtelium* verum vidisse, quum diceret formas gr. πτη, βλη, γνη e stirpibus disyllabis profectas esse et id quidem productione vocalis in fine stirpis positæ.

Satis constat *Brugmannum* [3]) quidem in formis gr. μνα, sct. *prā* cet. explicandis aliam viam ingressum esse. Contendit enim, vocalem longam *ā ē ō* suffixi instar infirmissimæ radicis formæ additam esse. Sed ad *Bechtelii* aliorumque sententiam probandam plurimum

B. B. XIII, p. 115 seq. Bechtel, Hauptprobl. p. 190 seq. Persson, Wurzelerw. p. 292 seq. Schmidt. K. Z. XXIII p. 281 seq. Kretschmer K. Z. XXXI p. 410 seq.

[1]) efr Johansson, De der. verb. contr. p. 93 seq. B. B. XIII p. 115 seq.

[2]) Hauptprobl. p. 199 seq.

[3]) M. V. I p. 1 seq.

valere videtur, quod juxta stirpes monosyllabas in *ē ā* cadentes et disyllabas in *e a* desinentes etiam occurrunt stirpes monosyllabæ in *ū* et disyllabæ in *ŭ* cadentes.

Exempli gratia [1]:

gr. ϝερυ in ἐρύω, ἐρύσσαι : ῥῡ in ῥῡτός, ῥῡτήρ.
gr. ϝελυ in ἔλυτρον : ϝλῡ in εἴλῡτο, εἴλῡμα cet.

In his vocibus non agi de suffixo quodam stirpi addito nemo non videt.

Sequitur, ut animadvertamus stirpes illas in vocales longas desinentes, quas ad elementa disyllaba referri posse contendimus, eo munere functas esse, ut temporibus nonpræs. fingendis inservirent [2]. Ex gr.
I) sct. *prātá* lat. *pletus*, sct. *aprāt* (cfr hom. πλῆτο) ad πελε in gr. πέλεθρον:

gr. τρητός ad τέρετρον; gr. βέβληται ad βελε in βέλεμνον; gr. κέκληται, κλητός ad καλε in καλέσσαι;

II) gr. ἔτλην, τλητός ad τελα in τελαμών;

gr. πλῆτο, πεπλημένος ad πελα in πελάθω:

gr. κεκμηώς, κέκμηκα ad καμα in κάματος;

gr. τεθνηώς, τέθνηκα ad θανα in θάνατος;

sct. *ámnāta* (cfr gr. μέμνηται) ad *manišye;*

sct. *drāsat* ad *daridra* [3]:

Ut ad propositum revertamur, verba græca θνή-σκω, θρώ-σκω, κικλή-σκω cet. e stirpibus præs. non descen-

---

[1]) Bechtel, Hauptprobl. p. 200.

[2]) vide Bechtel p. 190 seq: Johansson, De deriv. verb. contr. p. 84 seq.

[3]) Etiam stirpes disyllabas in *o* cadentes fuisse e græca lingua elucet, e. gr. ἀρο in ἀρόσαι, ἀροτός, ἄροτρον; ὀμο in ὀμοῦμαι, ὀμοτός; ὀνο in ὀνοσσάμενος (Bechtel, pag. 233).

dere nobis persuasum est, sed e stirpibus ad aoristum vel perfectum pertinentibus.

Non aliter pro certo statuimus lat. *nō-sco* subesse stirpem ad perfectum pertinentem ieur. **gnō*, cfr gr. γνωτός, lat. *nō-tus*, sct. *jajñāu*, lat. *no-vi*. ubi *ō* vocalis secundum scalam vocalium *ā* : *ō* [1]) vel *ē* : *ō* est orta. Item *nā-scor* e stirpe aoristica; stirps disyllaba in lat. *gena* in *indi-gena*, sct. *janitar* cet.

Usum stirpes in longas vocales cadentes ad tempora non-præs. fingenda adhibendi jam temp. ieur. ortum esse verisimillimum est neque a veritate alienum esse mihi videtur sumere jam in lingua ieur. *-sq-* præsentia e stirpibus, quæ ad præsens non pertinerent, descendisse.

Verba lat. in -ē-sco cadentia.

Priusquam origo horum verborum, quæ stirpes disyllabas ante suffixum præbent, perspici possit, quamquam novi quidquam expositurum me esse minime spero, tamen aliquid de ratione verba quædam lat. in *-eo* formandi, quippe quum hæc cum illis proxime cohæreant, proferre conabor.

Verborum latinorum in *-eo* alia neutralia-passiva sunt, ut *fulgeo, taceo jaceo,* alia denominativa, ut *albeo, niteo, claudeo,* alia causativa, ut *moneo, jubeo, spondeo, mordeo.*

---

[1]) Saussure, Mémoire pag. 155 seq.

Quod ad ea verba attinet, quæ significatione neutrali-passiva sunt prædita, sæpe animadversum est magnum numerum ejusmodi verborum cum aor. græco -ην conferri posse, ut causa sit, cur putemus ejusdem originis esse. Equidem non ignoro aor. pass. gr. in -ην secundum sententiam doctorum virorum in lingua græca esse novatum [1], sed recte animadvertit *Johansson* [2]) formam ipsam, cujus propria esset significatio intransitiva, linguæ ieur. esse adscribendam, græcam autem linguam ei novam notionem, passivam, tribuisse. Ejusmodi stirpes in *ē* desinentes in græca lingua non modo ad aoristum formandum, sed etiam ad præsens (verba quædam derivata in έω) fingendum usurpatas esse mihi videtur *Johansson* satis demonstrasse, neque dubitari potest, quin verba quædam latina in -eo eodem modo orta sint. Exempla nonnulla afferam, quæ verba quædam latina in *-ere* cum aor. gr. -ην cohærere demonstrent [3]):

lat. *tacēre:* gr. ταχῆ-ναι; l. *licere:* gr. λιπῆ-ναι [4]);
l. *fulgēre:* gr. φλεγῆ-ναι; l. *frequens:* gr. φραγῆ-ναι;
l. *carēre:* gr. χαρῆ-ναι:
cfr etiam l. *patere:* gr. πετάννυμι; *rubēre:* gr. ἐρεύθω;
l. *merēre:* gr. μείρομαι.

Ad hanc sententiam probandam non nullius momenti esse puto, quod dicit *Johansson* juxta verba

---

[1]) G. Meyer. Griech. Gram.[2] p. 468, Brugmann, M. V. I. 71 seq.

[2]) De der. verb. contr. pag. 131.

[3]) Johansson de der. verb. contr. p. 192, 196, 198; Brugmann, Grundr. II p. 962, 964. Persson B. B. XIX 262.

[4]) licēre cum gr. λιπῆ-ναι conferendum esse negat *Prellwitz* (B. B. XXI 165 seq) significationis causa.

latina in *-o* cadentia occurrere etiam verba in *-eo*, quorum illa vim activam, hæc intransitivam exhibeant: *accendo: candeo; pando: pateo, pendo: pendeo* cet.

Animadversione dignum est, quod quæ ratio intercedit inter *pando* et *pateo* cet., etiam occurrit inter *capio* et *occupare*. *specio* et *suspicari, sperno* et *aspernari*, *fligo* et *profligare* [1]) cet. Jure igitur dici potest lat. *fulget, caret* cet. formationes re vera ad aoristum pertinentes esse. Quod ad flexionem attinet, *Brugmann* [2]) ei sententiæ favet, ut modo primam personam sing. suffixo *i̯o* esse formatam, ceteras autem secundum classem X Brugmanui sct. *drā-ti* judicet. Aliam viam ingreditur *Johansson* [3]), pro certo statuens etiam stirpes in vocales longas cadentes præsens tempus suffixo *-i̯-* derivare posse: **jacē-i̯o, *jacē-i̯es, *jacē-i̯et, *jacē-i̯omes, *jacē-i̯etis, „jacē-i̯ont*. Sed cum flexio eo modo constituta nihil nisi *jaceo, jacēs, jacet, *jaceomus, jacētis, *jaceunt* dare possit, quæritur, quomodo *jacemus, jacent* pro **jaceomus, *jaceont* orta sint. Difficultatem eo modo tollere vult, ut sumat juxta præsentia *-i̯-* suffixo subornata etiam fuisse præsentia aoristica, flexionem athematicam præbentia: **jacē-mi, *jacē-si, *jacē-ti, *jacē-mos, *jacē-te, *jacĕ-nti*, quo factum esse, ut **jaceomus, *jaceunt* formis *jacemus, jacent* cederent. Utra sententia melioribus argumentis nitatur, non possumus dijudicare neque ad propositum nostrum proxime pertinet. Eodem modo quo *jaceo* verisimilli-

---

[1]) Brugmann, Grundr. II p. 957.

[2]) Grundr. II § 587, 590, 708, 738.

[3]) De der. verb. contr. pag. 197.

mum est esse explicanda *sileo* e **silē-i̯ō, rubeo, valeo, taceo, clueo, torpeo, candeo, liqueo, langueo* sim.

Alia origine sunt ea verba latina in *-eo*, quæ denominativa vocantur. Longe plurima eo modo sunt formata, ut suffixum *-i̯ṓ* stirpibus nominalibus -in *o* cadentibus adderetur et vim intransitivam præ se ferunt excepto *denseo* ad **denso-s*, cujus explicationem *Brugmann*[1]) proferre conatur. Nonnumquam e participiis[2]) verba denominativa in *-eo* sunt derivativa; e. gr. lat. *niteo* (cfr nitela, nitor, nitidus) e part. **nito-s* descendere potest, velut *fateor* e **fato-s*, gr. φα-τό-ς. Ejusdem originis fortasse sunt *puteo, lateo* (cfr gr. πύθω. λήθω). Ad genus denominativum sunt referenda inter alia[3]): *claudeo* ad *claudus, albeo* ad *albus, flaveo* ad *flavus, nigreo* ad *niger, ārdeo* ad **ārdus, calveo* ad *calvus, pigreo, salveo, scabreo. seneo* (cfr lit. *sēna s), ægreo, splendeo, flacceo, floreo, lenteo, noteo.* E stirpibus in *-i-* descendunt *putreo, molleo.*

Huc etiam sunt referenda verba denominativa e substantivis derivata: *calleo, muceo. aneo. algeo. fraceo, pubeo, squaleo, tabeo, frondeo, sordeo, lacteo* sim.

Ejusmodi verba flexionem athematicam habuisse excepta prima pers. sing. contendit *Brugmann*[4]), ex. gr. *albeo* ex **albe-i̯o, alb ē-s* cet, hac in re cum *Johanssonio*[5]) dissentiens, qui totum paradigma *i̯o i̯e* derivatum esse censet: **albe-i̯ō, *albe-i̯es, *albe-i̯et, *albe-i̯omos,*

[1]) Grundr. II § 777 not. Verba in -o, -ās -at e contrario vim transitivam habent (vide Brugm. Grundr. II p. 1114).

[2]) *Osthoff* IF V p. 299 seq.

[3]) Vide *Stolz* Hist. Gr. p. 609.

[4]) Grundriss II p. 1124.

[5]) De der. verb. contr. p. 196.

**albe-i̯etes, *albe i̯ont.* Facere equidem non possum, quin sententiæ Johanssonii propius accedam. Adnotandum est, quod Brugmann ipse concedit legibus sonorum convenienter *albēs, albĕt, albētis* ex **albe-i̯es*, **albe-i̯eti, *albe-i̯etes* orta esse posse. Id unum obstat, quod **albeomus, *albeunt* erant exspectanda pro *albemus, albent,* sed facile cogitari potest *albemus, albent* ad similitudinem *jacemus, jacent* conformata esse[1]).

Sequitur, ut de verbis, quæ causativam vim habent, mentionem faciamus. Huc licet referre, quæ sequuntur[2]):

moneo, sct. *mānáyati,* ieur. **monéi̯ō.*
torreo sct. *tarṣ-áyati,* ieur. **tors-éi̯ō.*
terreo, gr. ἔτερσεν ἐφόβησεν Hesych.
lūceo, sct. *rōcáyati,* ieur. **lou̯q-éi̯ō.* vet. lat. 'lasse leuchten'.
mordeo, sct. *mardáyati,* ieur. **mord-éi̯ō.*
tongeo, got. *þagkja,* ieur. **tong-éi̯ō.*
noceo, sct. *naś-áyati,* ieur. **nok-éi̯ō.*
voveo, ieur. **gu̯ou̯-éi̯ō.*
spondeo, gr. σπένδω.
doceo, gr. δοκέω cf. gr. δέκομαι.
foveo, sct. *dahayati.*
tondeo, gr. τένδω.
hæreo, got. *us-gáisja.*
jubeo, sct. *yōdh-áyati,* ieur. **i̯eu̯-dh-.*
mīsceo, ieur. **mei̯k-sqéi̯ō.*

[1]) De der. verb. contr. pag. 196.

[2]) Brugmann, Grundr. II § 794, 802. Prellwitz B. B. XXI p. 161 seq. Johansson, de der. verb. contr. p. 195 seq.

augeo, *suadeo*, *queo*, sct. *śv-áyati* [1]).

cieo, gr. κίω; *sorbeo*, cfr gr ῥοφέω.

doleor (inscrip.).

Sæpe demonstrare conati sunt docti viri causativa originis denominativæ esse. Causativa alio accentu quam denominativa esse notata satis constat: causativa enim sct. *áya* ex. gr. *bhājáyati* præ se ferunt, denominativa autem *-ayá* ex. gr. sct. *mišra-yáti*. Fieri autem potest, ut discrimen illud non in lingua ieur. fuerit, sed posterioribus temporibus extiterit; nam in lingua vedica compluria denominativa prorsus eodem accentu sunt pronuntiata quo causativa. Secundum sententiam, quam probat *Johansson* [2]), causativa et denominativa ex eodem fonte fluxerunt atque eo modo inter se cohærent, ut causativa e nominibus agentis sint ducta. Utut hæc res se habet, certe verba causativa et denominativa in singulis linguis confluxisse videntur atque eodem modo flectuntur. Facile cogitari potest vestigia flexionis primariæ esse relicta in *doleunt* (C. I. L. III n:o 3362 et V n:o 1706) et *doceunto* (Probus inst. art. p. 164,27 K., Neue, Formenlehre II² 433), nam ratio has formas explicandi a *Schuchardtio* prolata, qui eas via analogiæ ortas esse censet [3]), mihi non ita arridet.

His præmissis me converto ad verba latina in *-ēsco* tractanda. Omnino docti viri verbis in *-ēsco* cadentibus nomen derivatorum indiderunt, dicentes ex. gr.

[1]) lat. queo et sct. śv-áyati cohærere negat Osthoff J. F. VI p. 20 seq.

[2]) De der. verb. contr. pag. 115 seq.

[3]) Voc. d. Vulgärlatin II 504.

fulgē-sco e *fulgeo* esse derivatum. Quod si id dicentes expositum volunt *fulgeo* necessario primarium fuisse, e quo verbum secundarium *fulgē-sco* evaderet, ejusmodi sententiæ adversari opus esse credo. Nam verisimillimum est a principio *fulgē-sco* non minus verbum primarium fuisse quam *fulgeo*. Nullo modo dici potest *fulgē-sco* cum *fulgeo* collatum posterioribus temporibus necessario ortum esse; contra ex eadem stirpe nonpræs. *fulgē-* (cfr gr. φλεγῆ-ναι) eodem tempore nata esse possunt, quo fit, ut *fulgē-sco* originem non debeat formationi *fulgeo*. Supra satis monitum est jam linguam ieur. in verbis suffixo -sq- formandis stirpibus, quæ ad presens non pertinerent, usam esse, *nōsco*, gr. γνώσκω. *nāscor* cet. Quid impedit, quin eandem rationem formandi etiam verbo latino *fulgē-sco* subesse credamus? Nihil sane. A veritate igitur non abhorret putare eandem stirpem non præs. *fulgē-* (gr. φλεγη-) duas formationes creasse *fulgeo* e **fulgē-i̯ō* et *fulgē-sco*. Vix opus est commemorare me non putare omnia verba latina in *-ēsco* cum verbis in *-eo* significatione passiva-neutrali præditis cohærentia eo modo orta esse; id tantum expositum volo fuisse quædam exemplaria eo modo figurata, quorum ad similitudinem cetera deinde formarentur.

Mea quidem sententia igitur ad id spectat, ut probem stirpes ad aoristum pertinentes in verbis in *-ēsco* formandis usurpatas esse. Usum tempus præsens ope stirpium non-præs. formandi non sine probabilitate quadam jam ad linguam ieur. referre possumus. Ut exemplum afferam, verba quædam græca in -έω notione intransitiva prædita e stirpe aoristica in vocalem

longam desinente sunt profecta neque audaciæ sit putare hanc rationem formandi non linguæ græcæ solius propriam fuisse sed etiam ad tempus ieur. esse referendam. Jam vero commemoravimus verba quædam latina in *-eo* significationem neutralem-passivam præbentia cum aor. græco in -ην cohærere, neque dubium est, quin et forma in vocalem longam desinens et notio intransitiva in lingua ieur. extiterint. Sin autem nihil impedit, quin sumamus ex. gr. *fulgeo* eo modo esse formatum, ut suffixum *-ịō* stirpi ad aoristum re vera pertinenti adderetur, jam per se facile cogitari potest eandem stirpem non-præs. etiam cum suffixo *-scō* ad aliam formationem fingendam conjunctam esse quo factum esse, ut lingua latina juxta *fulgeo* in lucem proferret formationem *fulgē-sco.* Hanc rationem formandi lingua latina late propagavit magnumque numerum novationum in *-ēsco* via analogiæ introduxit.

Suffixum *-scō* cum stirpe aoristica conjungi posse perfacile nobis erit intelligere si consideraverimus *-s-* in *-scō* primitus sine dubio nihil aliud fuisse quam *-s-*, quod in aoristo nobis occurrit, quæ sententia nobis videtur satis comprobata. Verba enim suffixo *-sq-* figurata cum formationibus aoristicis cohærere ac conferri posse hand scio an omnibus pateat. In græca lingua compluria verba in -σκω desinentia secundum fut. et aor. ficta esse satis constat ex. gr. ἱλά-σκομαι ad ἱλά-σομαι. ἱλα-σάμεν; ἀρέ-σκω ad ἀρέ-σω, ἤρε-σα.

Ejusdem generis sunt hom. ἀπαφί-σκω, ἀραρί-σκω, ἐπαυρί-σκομαι, εὑρί-σκω, quæ sine dubio e stirpibus aoristicis in ἤπαφε, ἤραρε, ἐπαυρέμεν. εὑρέ-μεναι occurrentibus sunt ducta [1]). Conferri possunt verba græca jonica in -σκον vim iterativam exhibentia, ex. gr. δόσκον, στάσκεν, δύσκε, εἴπεσκε, ἴδεσκε, φύγεσκε; αὐδήσασκε, ἐλάσασκε, οὐτήσασκε, φάνεσκε cet [2]). Num notio iterativa in suffixo sit quærenda, in medio relinquitur; tamen animadvertendum est neque præs. in -σκω vim iterativam præ se ferre neque verba iterativa, quæ vocantur, in -σκον in temp. præs. occurrere. In lingua arm. [3]) idem suffixum ad aoristum et præsens fingendum valet, unde concludere licet in lingua arm. suffixum, quod ad sct. *-ch-* respondet, vim aoristicam accipere.

Credimus igitur verba latina in *-esco* cadentia a principio e verbis in *-eo* minime esse derivata, sed nonnullis verbis suffixo *-sco* stirpi aoristicæ in ē cadenti addito formatis originem debere; quo factum est, ut cum verbis in *-eo* confunderentur et miscerentur. Analogiam, quæ vocatur, igitur, ad verba in *-esco* formanda plurimum valuisse apparet. Si in verba in *-esco* diligentius inspexerimus, tria genera sejungi posse videbimus. Ad primum genus ea sunt referenda, quæ juxta se verba in *-eo* passiva-neutralia habent. Magnum numerum eorum a stirpibus aoristicis originem ducere supra satis monitum est, quam ob rem ejusmodi formationes ætate primas fuisse, e quibus cetera verba in *-ēsco* proficiscerentur, pro certo statui potest.

Apud *Jobum* [4]) et *Sittlium* [5]) omnia verba in *-ēsco*

[1]) cfr Bechtel, Hauptprobl. p. 113.

[2]) G. Meyer. Gr. Gr.[2] § 512. [3]) Brugm. Grundr. II § 672.

[4]) Le présent et ses dérivés dans la conjug. lat, Paris 1893 p. 175.

[5]) Archiv f. lat. Lexicogr. I p. 471 seq.

enumerata reperire licet, quorum e collectione exempla nonnulla ejus generis afferam:

alēsco (co-, inalesco) juxta **aleo* cfr *alo, alere* [1]).

candēsco (ex-, in-, recandesco) juxta *candeo,* cfr *accendo.*

carēsco gloss. juxta *careo,* gr. χαρῆ-ναι.

fervēsco, (con-, de-, ex-, in-, per-, refervesco) juxta *ferveo.*

frigēsco (de-, in- inter-, per-, refrigesco) juxta *frigeo.*

fulgēsco juxta *fulgeo* gr. φλεγῆ-ναι.

horrēsco (ab-, ad-, co-, ex-, in-, per, sub-, persubhorresco) juxta *horreo.*

languēsco (e-, ob-, relanguēsco) juxta *langueo.*

liquēsco (con-, de-, e, condeliquesco) juxta *liqueo.*

olēsco (ab-, ad, coad-, superad-, ex-, in-, ob-, per-, subolesco).

patēsco, (dispatesco) juxta *pateo,* cfr gr. πετάννυμι.

rubēsco, (de-, e-, in- obrubēsco) juxta *rubeo,* cfr gr. ἐρεύθω.

silēsco (consilēsco) juxta *sileo.*

tacēsco (con-, ob-, reticesco) juxta *taceo.*

torpēsco (ob-, retorpesco) juxta *torpeo.*

turgēsco, (in- obturgesco) juxta *turgeo.*

tumēsco (de, ex, in, con, ob, per, supertumesco) juxta *tumeo.*

valēsco (con-, e-, in-, præ-, super, re, recon- superinvalesco) juxta *valeo.*

vigēsco, (de, ex, revigesco) juxta *vigeo.*

---

[1]) *Job.* p. 186 alesco ad verbum tertiæ conjugationis refert.

Quod ad rationem attinet, quæ inter composita et non-composita intercedit, *Sittl* contendere videtur verba cum præpositionibus composita primaria fuisse, e quibus simplicia evaderent, velut incalesco: calesco. Eo auctore præpositio effecit, ut verbum compositum formam in *-ēsco* adsumeret, ex. gr. *doleo: indolēsco, ferveo: defervēsco, langueo: delanguēsco.*

Recte quidem dici potest omnino verba in *-ēsco* non nisi cum præpositionibus composita occurrere. Ac re vera Cicero atque ei, qui eum sequuntur, omnino legi a *Sittlio* constitutæ non adversari videntur. Sed hac sola verba in *-ēsco* formandi ratione non usam esse linguam latinam ex iis, quæ de formatione verborum sunt allata, efficitur. Quæ a tempore prolatino tradita e stirpibus aoristicis pendent, eo modo, quem exposuit *Sittl,* minime formata esse facile intelligitur. Quod vero ad verba in lingua latina novata attinet, certe alia e simplicibus in *-esco* sunt profecta, alia e verbis compositis in *-eo.* Tres igitur viæ mihi videntur ad composita in *-ēsco* explicanda patere. Ut exemplum afferam, *inhorrēsco* ex 1) *horreo,* 2) *inhorreo* 3) *horrēsco* evadere potuit [1]).

Sequitur alterum genus verborum in *-ēsco,* quod ad similitudinem *candesco* juxta *candeo, fulgesco* juxta *fulgeo* cet. novatum esse adducimur ut credamus. Quum enim juxta *candeo, fulgeo* sim. vigerent *candesco, fulgesco,* facile factum est, ut juxta verba in -eo denominativa *ægreo, albeo, ardeo* cet. formarentur *ægresco, albēsco, ardesco.* Huc referri possunt inter alia quæ sequuntur:

---

[1]) vide Job, p. 175 nota.

enumerata reperire licet, quorum e collectione exempla nonnulla ejus generis afferam:

alēsco (co-, inalesco) juxta **aleo* cfr *alo, alere* [1]).

candēsco (ex-, in-, recandesco) juxta *candeo,* cfr *accendo.*

carēsco gloss. juxta *careo,* gr. χαρῆ-ναι.

fervēsco, (con-, de-, ex-, in-, per-, refervesco) juxta *ferveo.*

frigēsco (de-, in- inter-, per-, refrigesco) juxta *frigeo.*

fulgēsco juxta *fulgeo* gr. φλεγῆ-ναι.

horrēsco (ab-, ad-, co-, ex-, in-, per, sub-, persubhorresco) juxta *horreo.*

languēsco (e-, ob-, relanguēsco) juxta *langueo.*

liquēsco (con-, de-, e, condeliquesco) juxta *liqueo.*

olēsco (ab-, ad, coad-, superad-, ex-, in-, ob-, per-, subolesco).

patēsco, (dispatesco) juxta *pateo,* cfr gr. πετάννυμι.

rubēsco, (de-, e-, in- obrubēsco) juxta *rubeo,* cfr gr. ἐρεύθω.

silēsco (consilēsco) juxta *sileo.*

tacēsco (con-, ob-, reticesco) juxta *taceo.*

torpēsco (ob-, retorpesco) juxta *torpeo.*

turgēsco, (in- obturgesco) juxta *turgeo.*

tumēsco (de, ex, in, con, ob, per, supertumesco) juxta *tumeo.*

valēsco (con-, e-, in-, præ-, super, re, recon- superinvalesco) juxta *valeo.*

vigēsco, (de, ex, revigesco) juxta *vigeo.*

---

[1]) *Job.* p. 186 alesco ad verbum tertiæ conjugationis refert.

Quod ad rationem attinet, quæ inter composita et non-composita intercedit, *Sittl* contendere videtur verba cum præpositionibus composita primaria fuisse, e quibus simplicia evaderent, velut incalesco: calesco. Eo auctore præpositio effecit, ut verbum compositum formam in *-ēsco* adsumeret, ex. gr. *doleo: indolēsco, ferveo: defervēsco, langueo: delanguesco.*

Recte quidem dici potest omnino verba in *-ēsco* non nisi cum præpositionibus composita occurrere. Ac re vera Cicero atque ei, qui eum sequuntur, omnino legi a *Sittlio* constitutæ non adversari videntur. Sed hac sola verba in *-ēsco* formandi ratione non usam esse linguam latinam ex iis, quæ de formatione verborum sunt allata, efficitur. Quæ a tempore prolatino tradita e stirpibus aoristicis pendent, eo modo, quem exposuit *Sittl,* minime formata esse facile intelligitur. Quod vero ad verba in lingua latina novata attinet, certe alia e simplicibus in *-esco* sunt profecta, alia e verbis compositis in *-eo.* Tres igitur viæ mihi videntur ad composita in *-ēsco* explicanda patere. Ut exemplum afferam, *inhorrēsco* ex 1) *horreo,* 2) *inhorreo* 3) *horrēsco* evadere potuit [1]).

Sequitur alterum genus verborum in *-ēsco,* quod ad similitudinem *candesco* juxta *candeo, fulgesco* juxta *fulgeo* cet. novatum esse adducimur ut credamus. Quum enim juxta *candeo, fulgeo* sim. vigerent *candēsco, fulgesco,* facile factum est, ut juxta verba in -eo denominativa *ægreo, albeo, ardeo* cet. formarentur *ægrēsco, albēsco, ardesco.* Huc referri possunt inter alia quæ sequuntur:

---

[1]) vide Job, p. 175 nota.

1) *ægrēsco* (co-) juxta *ægreo* ad æger.
albēsco (ex-, in-) juxta *albeo* ad albo-
ardēsco (ex-, in-, ob-, red-) ad *ardeo.*
calvēsco juxta *calveo* ad calvus.
canēsco (in-), *clarēsco,* (in-, ob-, per-),
densēsco, flaccēsco, flavēsco,
lentēsco, latēsco (de-, oblitesco),
nitēsco (con-, e-, renitesco)
nigrēsco, pigrēsco,
splendēsco (con-, de-, ex-, in-, resplendesco).
senēsco (ad-, con-, de-, in-, per-), cet.
2) *florēsco* (de-, ef-, in-, re-, superfloresco).
frondēsco (ef-, refrondesco).
sordēsco, (ex-, in-, obsordesco).
tabēsco (con-, dis-, ex-, in-, retabesco).
callēsco (in-, oc-, percallesco).
mucēsco juxta muceo cet.
pubēsco, (in-, repubesco) juxta pubens.
rancēsco juxta rancens.
uvēsco juxta uvens., cet. vide Job. pag. 179.

Verba supra enumerata *albē-sco, nigrē-sco* sim. originis deverbativæ esse vulgo putant, ut verbis denominativis in *-eo* originem debere habeantur. Sed facile cogitari potest ea non minus quam verba denominativa in *-eo* e stirpibus nominalibus ipsis descendisse ac via analogiæ ad similitudem *fulgē-sco* esse novata. Certe non potest dubitari, quin lingua latina in haud paucis verbis in *-ēsco* fingendis ea ratione formandi usa sit, ut ope stirpium nominalium verba in *-ēsco* crearet.

A principio modo e stirpibus in *-o* cadentibus ejusmodi verba ducebantur [1]. Talia sunt:
inamarēsco ad amarus; *brutēsco* ad brutus;
cassēsco ad cassus;
crebrēsco [2]) ad creber; *crudēsco* ad crudus;
curvēsco [3]) ad curvus; *durēsco* ad durus;
latēsco ad latus; *mutēsco* ad mutus;
rarēsco ad rarus; *russēsco* ad russus;
sanctēsco ad sanctus; *sanēsco* ad sanus;
spissēsco ad spissus; *obsurdēsco* ad surdus;
tardēsco ad tardus; *vastēsco* ad vastus;
vivēsco ad vivus.

Recentiores autem scriptores verba e stirpibus in *-i-* exeuntibus novarunt: Ex. gr. *celebrēsco* ad celeber; *dulcesco* ad dulcis.
familiarēsco ad familiaris; *fortēsco* ad fortis.
gracilēsco ad gracilis; *grandēsco* ad grandis;
hilarēsco ad hilaris; *mollesco* ad mollis;
pinguesco ad pinguis; *segnesco* ad segnis;
sterilesco ad *sterilis; suavēsco* ad suavis [4]);

Post tempora Plinii naturalistæ occurrunt verba in *-esco* e substantivis ducta: Ex. gr. *auroresco* ad aurora; *herbesco* ad herba; *ejuncēsco* ad juncus;

---

[1]) pinguēsco ad pinguis tamen apud Verg. Georg. I 492; fortēsco secundum Gellium apud *Levium*, qui temporibus Ciceronis erat. vide *Job*, pag. 187 seq.

[2]) *crebēsco* in libris manuscriptis non habet, quod persuadeat.

[3]) Cfr ad *curvus* verbum factitivum (causativum) *curvare;* item ad *sanus sanare*, ad *tardus tardare* cet.

[4]) Posterioribus linguæ latinæ temporibus exsistunt *dulceo* (V sec.), *molleo* (IV sec.) cet.

juvenculēsco ad juvenculus;
lapillēsco ad lapillus: *morbēsco* ad morbus;
succēsco ad succus; *arborēsco* ad arbor:
cinerēsco ad cinis; *pulvēsco* ad pulvis;
noctēsco ad nox; *stirpēsco* ad stirps:
fructēsco ad fructus; *diēscit* ad dies:

Notandum est, quod juxta formas in *-ēsco* etiam reperiuntur formæ in *īsco*. *Corssen* [1]) enumerat:
callīscerunt [2]) juxta *occallēscere;*
conticīscam, *conticīsceret* juxta *conticēscet;*
perdolīscit juxta *condolēscere;*
augīscete juxta *augēscit;*
flaccīscunt juxta *flaccēscebat;*
lucīscit, lucīsceret juxta *lucēscere;*
delitīscas, delitīscere, delitīscant,
delitīscendo, delitīscerent.

Sittl has formas e libris manuscriptis petitas errore librariorum *i* pro *e* ostendere opinatur, quam ob causum omnibus locis *e* restituere vult. *Corssen* contendit *i* ex *e* extitisse eam ob causam, quod *-s-* sequeretur, sed quam non verisimilis sit hæc sententia, nemo non videt. Probabilior autem est explicatio, quam Corssen ipse cogitari posse arbitratur, verba *augīscete* cet. ad similitudinem *concupīsco, ulcīscor* cet. esse novata.

[1]) Aussprache II², pag. 285.

[2]) Cato de bello Carth. Non. p. 62, Gell.: aures nobis calliscerunt ad injurias. Incertum est, quomodo hæc forma explicanda sit. Alii aliud emendant. *Lysander* (quæst. criticæ et grammaticæ, Lundæ 1863, pag. 39) *calliscuerunt, conjicit.*

Verba lat. in -isco cadentia.

Sequitur, ut ea verba latina suffixo *-sc-* formata tractemus, quæ inter stirpem et suffixum vocalem exhibent. Sed ad quæstionem tractandam, quomodo explicanda sint ejusmodi verba, non alienum esse mihi videtur in comparationem vocare verba græca in ίσκω desinentia, præsertim quum linguam latinam hac in re cum lingua græca consentire quodam modo sint qui pro certo statuant.

Notissimum est in lingua græca occurrere aliquot verba in ίσκω cadentia, quæ quomodo orta sint non in aperto est. Apud Homerum legimus ἀπαφίσκω, ἀραρίσκω, ἐπαυρίσκομαι, εὑρίσκω. Posterioris ætatis sunt ἁλίσκομαι, ἀμβλακίσκω, ἀναλίσκω, γεγωνίσκω, στερίσκω, ἀμβλίσκω, ἐκγαμίσκω, ὀφλίσκω, τελίσκω, ἀλθίσκω. Viam analogiæ secuta esse videntur χρη-ΐσκομαι, κυΐσκεσθαι, κυΐσκω, ῥυΐσκομαι, θνήισκω, μιμνήισκω, θρώισκω, æol. θναίσκω, μιμναίσκω [1]).

Causam non esse credo, cur illud *i* ad suffixum pertinuisse sumamus: aliunde sine dubio origo est repetenda. Ac *Brugmann* [2]) quidem contendit stirpem esse amplificatam *-i-* determinativo, quod vocatur, in comparationem vocans *-i-* in ὀρίννω, ὀρίνω, sct. *ri-ṇvati*. Quamquam nihil obstare videtur, quominus ejusmodi sententiæ accedamus, tamen haud scio an aliam ex-

[1]) vide Gustav Meyer, Griech. Gram.² § 511.

[2]) Grundriss II, p. 896, 1025, 1034.

plicandi rationem eamque meliorem sequamur. Supra monitum est, pleraque verba 'inchoativa' græca e stirpibus ad præsens pertinentibus minime orta esse. Secundum fut. et aor. ficta sunt e. gr. ἱλά-σκομαι, cfr ἱλά-σομαι, ἱλα-σάμεν; ἀρέ-σκω, cfr ἀρέ-σω, ἤρε-σα. In eorum numero, quæ e stirpibus aoristicis pendent, habenda esse opinamur hom. ἀπαφί-σκω, ἀραρί-σκω, ἐπαυρί-σκομαι, εὑρί-σκω [1]), quæ igitur nostro quidem judicio eo modo sunt figurata, ut suffixum stirpibus aoristicis ἤπαφε, ἤραρε, ἐπαυρέμεν, εὑρέ-μεναι adderetur. Qua causa autem ε in *i* mutatum esse credimus? Hac in re dijudicanda cum *Bechtelio* facimus, cui in accentu primario causam quærere placet. Nam si pro certo statuendum est in lingua ieur. suffixum accentum habuisse [1]), non audaciæ sit sumere in lingua græca -ε- in -*i*- esse debilitatum accentus mutabilis causa. Quod autem ad ἁλίσκομαι, στερί-σκω cet. attinet, credibile est ea via analogiæ orta esse.

Iam vero quæritur, qua natura sit in lingua latina vocalis -*i*- inter stirpem et suffixum posita. Primum animadvertendum est hoc loco de verbis *gemisco*, *apiscor* cet. agi, quibus in explicandis magna fuit dissensio inter doctos viros. Notissimum est olim verba latina in -*isco* cadentia ab omnibus, quantum scio, esse divisa in duas classes, in -*isco*, ut *gemisco* et in -*īsco*, ut *dormīsco*. Quod ad *gemisco*, cet. attinet, *Corssen* vocalem -*i*- brevem esse contendit atque ex -*e*- ortum ob eam causam, quod *s* sequeretur. Secundum sententiam *Corssenii* igitur -*i*- nihil aliud est nisi vocalis thematica, quæ vocatur, i. e. idem atque -*i*- in *agit*

[1]) cfr Bechtel, Hauptprobl. p. 113.

ex **age-ti*. Contra ejusmodi rationem explicandi jure animadversum est [1]) non demonstrari posse ex. gr. *gemisco* ex **gemesco* esse ortum, nam causam reperire non possumus, cur non in aliis formis -*s*- effecerit, ut -*e*- in -*i*- mutaretur. Ad sententiam *gemisco* ex **gemesco* esse ortum putantium fulciendam attulerunt docti viri formam *tremesco* (Lucr. VI, 548, Verg. Aen. V 694, III 648, XI 403). Huic autem formæ non ita multum tribuendum esse videtur, nam facile cogitari potest, ut animadvertit *Brugmann* [1]), *tremēsco* esse scribendum, quod quin ad similitudinem *horresco, calesco* formatum sit, nihil est quod impediat.

Si igitur in propatulo est *gemisco* e **gemesco* non ortum esse, convertimur ad aliam sententiam a *Brugmanno* [1]) olim probatam. Ut inter omnes fere constat, sæpe exhibuit lingua ieur. inter radicem et elementum, quod stirpibus temporalibus seu nominalibus fingendis inserviret, vocalem indeterminatam (ə), cui nomen 'schwa indogermanicum' est inditum. Hoc loco in incerto relinquimus, num vocalis illa ad radicem pertinere intelligenda sit; id satis erit commemorasse græcam linguam loco illius ostendere α ε ο [2]): θυγ-ά-τηρ, ἄν-ε-μος, γεν-ε-τήρ, γεν-έ-τωρ, κρεμάω, τεν-έ-ω, κερ-άσσαι, καλ-έ-σσαι, ὀμ-ό-σσαι [3]); in lingua sct. præsto est -*i*- e. gr. sct. *duh-i-tár, dam-i-tá*. Eandem vocalem formationibus latinis *apiscor*, *gemisco, paciscor* sim. in-

[1]) Brugmann M. V. III pag. 80 seq.

[2]) aliter de gr. α in θάν-α-τος, δαμ-ά-σσαι Joh. Schmidt et Bechtel, vide Hauptprobl. pag. 207.

[3]) vide Brugmann Grundr. I § 310.

esse pro certo statuit *Brugmann* [1]. Hanc autem sententiam *Brugmann* deseruisse videtur [2]. Sententiam suam mutavit causa, quam attulit *Osthoff* [3], sine dubio ductus. Ille enim censet *gemisco* cet. non minus quam *dormīsco* vocalem longam ante suffixum exhibere [1], argumenta e linguis, quæ e latina veluti communi fonte fluxerunt, repetens. Animadvertit fieri non posse, quin ex. gr. ital. *capisco* ad lat. *capīsco* redeat. Si res ita se habet neque est, cur testimoniis illarum linguarum fidem derogemus, consequitur, ut verba latina in *-isco* ut *gemisco, apiscor* cum verbis græcis in έσκω, ίσκω conferri nequeant.

In quibusdam verbis in *-isco* cadentibus tractandis mihi videntur docti viri minime rectum vidisse, quam ob rem paulo accuratius in ea inquirere opus est. *L. Job* [4]) verba *miniscor, paciscor, ulciscor* e radicibus verborum primitivis pendere censet atque difficile esse confitetur intellectu, unde origo *-i-* vocalis sit repetenda. Non aliter *Sittl* [5]) *apiscor, fatiscor, paciscor, ulciscor, miniscor* in eorum numero ponit, quæ pro perpetuo suffixum *-sc-* exhibentia primaria appellantur. Ejusmodi autem sententiam rejiciendam esse puto; pro certo enim habeo omnia ejus generis verba secundaria esse. Non opus est commemorare causam non esse, cur ea tantum verba secundaria habenda sint, ad quæ verba, unde sint repetita, respondentia vera reperire

[1]) M. V. III pag. 80 seq.
[2]) Griech. Gr. § 128.
[3]) Perfect pag. 157, 257.
[4]) Le présent et ses dérivés, pag. 172.
[5]) Archiv I pag. 469—

possimus, nam facile cogitari potest, vestigia verborum 'primariorum' uno alterove modo periisse, quin etiam accidere potest, ut numquam viguerint.

Jam vero si verba supra nominata in quæstionem vocaverimus, reperiemus non deesse in lingua latina vestigia verborum, quæ subesse formationibus in *-isco* facile cogitari possint. Quam ob rem verba illa inspiciamus.

pacīscor (com-, dēpecīscor [1]) rad. ieur *pāk* et *pāg;* cfr sct. *pāšas*, lat. *pāgus, pāx, pācis*, gr. πήγνυμι. Vocalis brevis stirpis præsto est in gr. παγῆναι et lat. *pacīscor*. Verbum, humeris *pacīscor* sustinens, occurrit in vet. lat. *pacit, pacunt* [2]), cfr. pac-ionem (Festus pag. 250).

apīscor (ad-, ind-, redipīscor), rad. *āp:ap*. cfr sct. *āpire,* perf. *āpa;* aor. *āpat:* lat. *aptus, ad-eptus. apīscor* nihilo magis verbum primarium est quam *pacīscor*. nam apud Festum legitur forma '*ape*' significans 'prohibe, compesce'. De hac forma *ape* variæ sententiæ sunt prolatæ. *Pott* (Wurzelwörterbuch V 13) *'apere' ad substantivum *apex* explicandum esse confictum statuit. *Corssen* [3]) *ape* ortum esse e **abhipe* = *abhibe* opinatur. Equidem facillime *Osthoffio* [4]) assentior, qui dicit **apio* suffixo *-i̯ō* esse figuratum ut *capio*, quæ sententia eo commendatur, quod lat. *coepi* e **co-epi* formam perfecti ad **apere* pertinentem continet [5]).

[1]) *e* in -peciscor pro *-i-* est repetendum e participio dēpectus; aliter Wharton, Mém. 7. p. 458 seq.
[2]) Neue, Formenlehre II² pag. 216.
[3]) Aussprache II² pag. 683.
[4]) Perfect pag. 157.
[5]) Stolz, Hist. Gram. der lat. Sprache pag. 155.

ulcīscor. Benfey recte *ulcīscor* cum gr. ἀλέξεσθαι composuit, rad. ieur. *leq*. *Froehde*[1]) id cum gr. τιμωρεῖσθαι e *τιμα-ϝορεῖσθαι cognatum esse statuit. Hæc *Froehdii* sententia minus est commendanda. Nam quod dicit *ulcīsci* non decere cum gr. ἀλέξεσθαι componere propter formam Plautinam *volcisci*, haud scio an valde erret, quippe quum forma nominata sine dubio numquam a Plauto sit adhibita. Præterea commemorari potest sententiam *u-* e *vo-* ortum esse in *urbs, uxor* sim. nihil habere, quod persuadeat[2]). Non dubium est, quin *ulcīscor* cum forma *ulso*[3]) cohærere habendum sit. Legimus (Attius apud Nonum): qui, nisi genitorem *ulso*, nullum meis dat finem miseriis. *Ulso* conjunctivum esse aoristi per *-s-* formati, cfr *dixo, faxo, capso*, omnibus patet atque ex **ulc-so* ortum, cfr *alsi* ex **alc-sī, mulsi* e **mulc-sī*[4]). Quæ cum ita sint, facile cogitari potest *ulcīscor*, quod ad formationem attinet, originem verbo primario debere.

minīscor (com-, recom-, e-, re-), *miniscitur*[5]) apud Festum. rad. *men;* lat. *me-min-i, Minerva* cet.; sct. *mánye*, gr. μέμονα, μέμαμεν. lit. *minìù*. Quamquam nulla præsentis forma, quæ ad *minīscor* respondet, reperiri potest, tamen verisimillimum est *minīscor* in formatione sua nihil nisi analogias, quæ antea essent, secutum esse.

---

[1]) K. Z. XXII p. 254; B. B. XIV pag. 101 seq.
[2]) *Stolz*, Hist. Gram. der lat. Spr. p. 149.
[3]) *Corssen*, Aussprache² II p. 284.
[4]) *Stolz* Gr. p. 325.
[5]) vulgo putant i in minīscor e composito comminīscor transductum esse (Brugm. Grundr. I § 65 anm. 2).

Quod denique ad *fatīscor*[1]) (defetīscor[2]) attinet, quod *Sittl* e radice primitiva pendere censet, id sine dubio cum stirpe nominali *fati* in *affatim*[3]) cohæret.

In unum contrahentes dictum volumus nos putare linguam latinam neque verba ulla ad verba græca in ίσκω respondentia ostendere neque suffixum *-isc-* ab ieur. tempore traditum exhibere. Contra opinamur verba lat. in *-īsco* in lingua latina novata esse atque originem suam verbo, cujus stirps in *-ī* exiret, debuisse. *Osthoff*[4]), quomodo id fieri posset, significavit, cum diceret secundum rationem, quæ intercederet inter *scio* e **scĭ-i̯ō* et *sci-sco*, esse formata *dormio : obdormīsco, cupio : concupīsco*.

Credimus igitur in verbis in *-īsco* novandis initium esse factum a verbis, quibus subesse verba primaria stirpem præs. ope *-i̯ō : -ī-* formantia apparet. Quæstionem, quomodo explicandum sit discrimen illud inter *-i-* et *-ī-* in *capis* et *farcīs*[5]), prætereuntes, primo

---

[1]) Subest forma radicis ieur. *bhə*, forma fortis *bhā* in fāmex. Eadem radix, si *Perssonio* (Wurzelew. p. 73 et 119) credimus, præsto est in gr. φι-τρός. Alii *fatīscor* cum gr. χ̣ά-τις, χ̣ά-σκω contulerunt, sed falsam esse hanc explicationem putamus, quam si probaremus, lat. *f* ad ieur. *gh* responderet, quod nullo modo fieri potest. Nam quod lat. *f* ad ieur. *gh* redire videtur in *fundo*, gr. χ̣έω, *fundo* aliam explicationem patitur, (vide *Brugmann* Grundr. I § 389 anm).
[2]) -e- pro -i- in- *defetiscor* ob part. *defessus*.
[3]) id est: ad lassitudinem.
[4]) Perfect. pag. 157
[5]) post vocalem stirpis brevem occurrit -ĭ-, ex. gr. *capio, cap-ĭ-s, quatio, quatis;* post vocalem stirpis longam præsto est -ī-, ex. gr. *farcio, farcīs, sāgio, sāgīs* cet. Vide *W. Streitberg* I. F. VI pag. 152 seq.

loco enumerabimus ea verba in *-īsco* cadentia, juxta quæ verba primaria in stirpe præs. *-ī-* exhibentia occurrunt:

dormisco (con-, ē-, per. ob-. ad-, in-) ad *dormio, dorm-ī-s* cet.

oblivīscor ad **lēvio, lēv-ī-s (Job,* pag. 184).

experīscor ad *experior, exper-ī-ris* cet.

perprurīsco ad *prurio, prur-ī-s* cet.

scīsco (ad-, con-, de-, dis-; per-, præ-, re-) ad *scio, sc-ī-s* cet.

sentīsco (per-) ad *sentio, sent-ī-s* cet.

Horum ad similitudinem novata sunt. quæ cum verbis *-ĭ-* exhibentibus sunt conjuncta. Analogiam, quæ vocatur, ut ejusmodi verba vocalem longam ante suffixum acciperent, effecisse nemo non videt.

apīscor (ad-, ind-, redipīscor) ad **apio, *ap-i-s.*

aborīscor ad *orior, or-i-mur* cet.

concupīsco ad *cupio, cup-i-s* cet.

proficīscor ad *facio, fac-i-s* cet.

refugīsco ad *fugio, fug-i-s* cet.

desipīsco, resipīsco ad *sapio, sap-i-s* cet.

Huc fortasse est referendum *nancīscor* [1]) e **nencīscor.* In lingua latina viguisse 'simplex' verbum, ex quo penderet *nancīscor,* adducimur ut credamus non minus forma *nanciam.* quam affert Priscianus, quam forma *nancitor* (XII Tab. foed. lat. Festus pag. 166).

Hoc loco adjungimus **ercīsco,* servatum in formula juris consultorum *erciscundæ familiæ.* E titulo (C. I.

[1]) de *nancīscor* vide *Prellwitz* pag. 94; *K. F. Johansson* I. F. IV pag. 140 nota.

I 205) *erceiscundo* apparet vocalem ante suffixum positam longam esse. qua re ductus *Sittl* [1]) verbum nativum quartæ conjugationis, quæ vocatur, esse subjungendum contendit. *Corssen* [2]) id ad verbum tertiæ conjugationis refert. Quod titulus ille vocalem longam exhibet. ad demonstrandum, qua natura fuerit verbum nativum, mimime valet. si quidem non potest dubitari, quin omnibus verbis in *-īsco* desinentibus vocalis longa sit.

De *minīscor, ulcīscor, fatīscor* supra mentio est facta.

Sequuntur verba in *-īsco,* quæ cum verbis stirpem præsentis ope vocalis thematicæ, quæ vocatur, formantibus, cohærent. Vix opus est commemorare ejusmodi verba via analogiæ orta esse.

congemīsco, ingemīsco ad *gemo, gemis* cet.

effluīsco, influīsco ad *fluo, fluis* cet.

pacīscor, depecīscor ad *pacit, pacunt.*

expergīscor ad *pergo pergis* cet.

contremīsco, pertremīsco, intremīsco ad *tremo, tremis* cet.

implicīscier (Plaut. Amph. 729) ad **plicere,* cf. *plicare,* gr. πλέκω.

revivīsco ad *vivo, vivis* cet.

Veteres modo formis compositis utebantur; apud poetas et recentiores scriptores occurrunt *tremīsco, vivīsco, cadīsco, fluīsco, gemīsco* (vide *Sittl* p. 491).

L. Job [3]) verba ejus generis etiam in *-esco* cadere posse arbitratur. qua in re nobis persuadere non

[1]) Le présent cet. pag. 185 seq.
[2]) Archiv I pag. 470.
[3]) Aussprache II² pag. 282 seq.

potest. Nam *tremesco* ad similitudinem *horrēsco* sim. sine dubio est formatum et **alesco* in *alescendo* (Lucr. II 1130) non cum *alo, alis*, sed cum **aleo* cohæret [1].

Verba lat. in -āsco cadentia.

Supra (pag. 22) de verb *hī-sco* mentio est facta. Ex eadem radice profectum est verbum *hio hiās hiāmus* cet. Non dubium est, quin *hio* ex **hiā-ịō* ortum sit, id quod e lit. *žió-ju* apparet. Quomodo autem *-ā-* in *hiās* cet. sit explicandum, difficile est dijudicare. Si pro certo statuendum est juxta formas ad aoristum pertinentes, quæ in *-ē* caderent ex. gr. *lic-e-t vid-ē-s*, etiam fuisse formationes ad aoristum pertinentes, quæ in *-ā* desinerent ex. gr. epidaur. ἐρρόα, lit. *pa-srùvo* [2], cogitari quidem potest *hiās hiāmus* cet. ad aoristum esse referenda. Juxta *hio, hiās* lingua lat. præbet verbum *hiāsco*, quod jam Catonis temporibus florebat, ac si *hiās hiat* ad aoristum referri possunt, nihil impedit, quin sumamus *hiāsco* eo modo formatum esse, ut suffixum stirpi ad aoristum pertinenti adderetur. Si ita res se habet, *hiasco*, quod ad rationem formandi attinet, cum lat. *nosco fulgē-sco* sim. conferri potest.

[1] Corssen Aussprache II² pag. 283 nota.

[2] Vide Brugm. Grundr. II p. 957.

Ad similitudinem *hio hiās: hiāsco* novata sunt *amāsco errāsco labāsco collabāsco permanāsco consudāsco desudāsco* juxta *desudesco* [1]. Usus igitur ejusmodi verba novandi non ita pervulgatus erat ac post tempora Plauti Catonisque prorsus abiit.

Aliud ad genus sunt ea verba in *-āsco* referenda, quæ ad similitudinem *integrāre* ad *integer* novata cum stirpibus nominalibus cohærent.

Ex. gr. e stirpibus in *-o ā* descendunt:
albicāsco (cfr *albicare)* ad *albicus*.
integrāsco (cfr *integrāre)* ad *integer*.
puellāsco ad *puella* e **puer(i)la*.
puerāsco (re-) ad *puer* e **povero*.
vesperāscit (ad-, in-) ad *vespera, vesper*.

E stirpibus in *-s* ex. gr. *generāsco* (cfr *generare)* ad *genus*, *roborāsco* (in-) ad *robur* e **urōdhos* (Prellw. Etym. Wörterbuch p. 270).

Propter similitudinem verborum in *-ēsco* occurrunt juxta formas in *-āsco* formæ in *-esco* ex. gr. *maturāsco* et *maturēsco, capillasco* et *capillēsco, pauperāsco* et *pauperēsco* cet.

Quid significaverit suffixum -sc-, quæritur.

Priusquam commentationi meæ finem imponam, aliquid de usu ac significatione ieur. suffixi *-sq-* in

[1] Vide *Job* le présent cet. p. 181 seq. 189 seq., *Sittl* Archiv I p. 492 seq.

medium proferre conabor. Si mihi contigit, ut ieur. k-sonum velarem suffixo subesse demonstrarem, superest ut exquiramus, quid sit elementum illud *-s-*, quod cum k-sono conjunctum ad verborum formationes quasdam fingendas pertineat. Notissimum est in lingua ieur. *-s-* ad præsens formandum adhibitum esse, ex. g. lat. *vīsō* e* *u̯ei̯d-so*, lat. *quæso*. e **quai̯s-so*, lat. *accerso* e **cers-so*, gr. κλά-ω e *κλα-σω, gr. δέψω, sct. *i-ṣa-tē* sim [1]. Non dubium esse videtur, quin illud *-s-* ad præsens tempus formandum usurpatum nihil aliud sit quam id, quod ad temp. aor. et fut. significanda pertinuisse satis constat. Cogitari potest a principio *-s-* modo ad stirpes aor. formandas adhibitum esse atque ex aoristo ad præsens translatum. Elementum *-s-* quomodo ortum sit quidque a principio significaverit, difficillimum est dijudicare. Sunt qui determinativum radicale, quod dicitur, *-s-* cum *-s-* in aoristo et futuro occurrente conjungant. Quomodocunque hæc res se habet, certe quasi pro fundamento est ponendum *-s-* elementum suffixi *-sq-* ab illo *-s-*, quod ad tempora aor. et. fut. fingenda pertinet, non posse dividi. Hanc sententiam veram esse ex iis, quæ supra de lat. *fulgē-sco*, *nā-scor*, *nō-sco*, gr. εὑρί-σκω sim. formandis attuli, apparere credo. Si nobis persuasum est *-s-* elementum nihil aliud fuisse quam *-s-* ad aoristum pertinens, quæritur, quid sit elementum *-q-* suffixi *-sq-*. Hæc res non multum difficultatis præbet, nam in propatulo est *-q-* determinativum esse radicale, quod dicitur. Inter omnes constat k-sonum velarem ad stirpes ver-

[1]) Brugm. Grundr. II § 657 seq.

bales amplificandas sæpe usurpari ac haud scio an subsidium sententiæ de natura k-soni a me probatæ afferri possit, si consideraverimus k-sonum velarem sæpe, k-sonum palatalem rarissime munere stirpes amplificandi fungi, quam ad sententiam probandam satis erit exempla a *Perssonio* [1]) allata inspexisse.

Oritur quæstio, num suffixum *-sq-* stirpibus verbalibus singularem quandam significationem tribuisse dici possit. *Bloomfield* [2]), qui sententiæ illi de determinativo radicali prolatæ graviter adversatus est, censet suffixum *-sq-* primitus modo stirpibus verbalibus, quæ significatione interrogandi, orandi præditæ essent, adhæsisse ibique vim significativam habuisse. In eam sententiam illud primum animadversum velim quod meo quidem judicio stirpibus illis ieur. ***prek*, *ai̯s*, *u̯en*** primis suffixum *-sq-* temp. ieur. additum esse nullo pacto probari potest. E contrario suffixum eodem tempore ad alias quoque formationes fingendas cfr gr. γνώ-σκω, lat *nō-sco* usurpatum esse credibile est neque fieri potest, ut quibus stirpibus verbalibus primis suffixum adhæserit dijudicemus. Jam vero *Bloomfield* rationem afferre non potest, cur in ieur. **pr̥k-sqé-ti*, **i(s)sqé-ti* sim. significatio cum suffixo necessario cohærere putanda sit. Quod præterea ad sententiam suam fulciendam in comparationem vocat verba quædam græca exitum -ιάω præbentia velut ὀδοντιάω, λαρυγγιάω, σπληνιάω, omnibus patet formationes illas in græca lingua novatas propter significationem stirpium nominalium, quæ verbis subessent, eo munere

[1]) Wurzelerw. pag. 5 seq.
[2]) I F. IV p. 68 seq.

functas esse, ut morbum quendam significarent. Non aliter verba græca in -ιάζω βακχιάζω, εὐιάζω. ὀργιάζω, θυσιάζω sim. significationem singularem stirpibus nominalibus debent. Neque magis suffixum *-to*, ut præ se fert *Bloomfield*, stirpibus singulari quadam significatione præditis adhæsisse dici potest.

Si quæ fata suffixo in singulis linguis obvenerint consideraverimus, suffixum in linguis ar., arm., gr. et lat. reperiemus, linguas autem lit-slav. et germ. modo parvum numerum verborum suffixo formatorum ostendere videbimus.

Ac græca quidem lingua suffixum -σκ- ad duo genera verborum formanda adhibuit. Alterum genus, iterativum, non nisi in dialecto jonica occurrit semperque tempus præteritum significat. Ejusmodi verba e stirpibus ad aoristum pertinentibus sæpe descendere velut δόσκον στάσκεν δύσκε εἴπεσκε ἴδεσκε φύγεσκε αὐδήσασκε οὐτήσασκε φάνεσκε constat [1]) ac haud scio an causa vis iterativæ non tam in suffixo ipso sit quærenda quam in stirpibus ad aoristum pertinentibus, quo fit, ut via analogiæ vim iterativam aliis quoque stirpibus quam quæ ad aoristum pertinerent additam esse credam [2]).

Quod ad alterum genus verborum linguæ græcæ suffixo -σκ- formatorum attinet, *Job* [3]) sententiam amplectitur, quæ mihi quidem a veritate abhorrere vide-

[1]) Vide G. Meyer Gr. Gram² § 512.

[2]) cfr Herbig IF. VI p. 216 seq. Fortasse conferri potest vis iterativa, quæ gr. aor. ex. gr. πολλὰ ἀνθρώποις παρὰ γνώμην ἔπεσεν inest.

[3]) Le présent p. 166 seq.

atur. Eo enim auctore suffixum -σκ- actum significat, qui lente conficitur, aut statum, qui per gradus commutatur. Sed quibus exemplis ad sententiam sustinendam nititur non habent quod persuadeant. Nam γηράσκω, ἡβάσκω sim. quæ formationes posteriores esse videntur, significationem non suffixo -σκ- debent sed stirpibus verbalibus ac ceteris quidem verbis in -σκω desinentibus ex. gr. φά-σκω θρώ-σπω θνή-σκω βάσκω πάσχω sim. quomodo ejusmodi significatio adjudicari possit, non video. Quæ cum ita sint, non possum quin significationem singularem, quam *Job* inesse censuit, suffixo gr. -σκ- eripiam [1]).

His præmissis ad latinam linguam convertimur. Grammatici veteres latini generi cuidam verborum in *-sco* cadentium nomen indiderunt proprium inchoativorum. Forma inchoativa apud veteres est una de formis vel qualitatibus verbi, quarum omnino quattuor nominantur, perfecta sive absoluta, inchoativa, meditativa, frequentativa. *Macrobii excerpta bobiensia* (Keil V p. 649) [2]): „Secunda inchoativa, quæ aliquid fieri jam coepisse testatur. ut pallescit, cui necdum totus diffusus est pallor. et calescit, qui incipientem sentit calorem.“ *Charisius* Lib. III 3, (Keil I pag. 252): „sunt quædam verba. quæ inchoativa appellantur, ἀρκτικά, quæque rem modo inchoatam et futuram significant, velut horrēsco, id est incipio horrere, torpēsco,

[1]) Ne linguam sct. prætermittam, *Curtius* (Verb.² I p. 291) vim vere inchoativam verbis sct. *ucháti* 'illucescit, et *múrchati* rigescit, tribuere voluit.

[2]) Grammatici latini ex recensione Henrici Keilii, Lipsiæ MDCCCLVII.

incipio torpere. *Diomedes* (Keil I p. 343): inchoativa verborum species est, quæ rem inchoatam, futuram tamen significat et vim incipiendi dumtaxat in effectu habet.“ *Pompeji commentum artis Donati* (Keil V p. 219 seq.): „inchoativa est ista, quæ nos aliquid inchoare ostendit.“

Quum constituendum est, quæ verba in inchoativis sint numeranda, consentiunt inter se grammatici veteres, quod inchoativa derivata esse opinantur. *Macrobii excerpta l. n.*: „quæ non sunt a verbis aliis derivata, licet in *-sco* terminentur, inchoativa non sunt, ut disco, cresco, senesco.“ *Eutychis ars de verbo* (Keil V p. 448): „inchoativa semper derivata sunt, nec a verbis tantummodo, sed etiam a nominibus.“ *Diomedes* (Keil I p. 343 seq.): „deducuntur item inchoativa a neutris verbis et appellationibus et sunt hæc, quæ originem sui non habent, ut consuesco, quiesco cet.“ *(Sergii) explanatio in Donatum* (Keil IV p. 505):“ scire debemus inchoativa non esse, nisi has habuerint res, primo ut originem trahant a neutrali verbo secundæ conjugationis cet.“ Cautius agit *Priscianus* (Keil II p. 427): „plerumque a neutris absolutam vel intrinsecus natam significantibus passionem; ideo diximus plerumque, quia inveniuntur etiam ex aliis verbis, sed raro, ut cupio, cupisco.“ Verba quædam, quiesco, consuesco sim. grammaticis molestias afferunt: quum enim alii verba illa inchoativa esse putant *(Consentii ars*, Keil V p. 376 *Diomedes*, Keil I p. 342 seq.), alii e turba inchoativorum ejusmodi verba detrudunt *(Cledonii ars gram.* Keil V p. 55). *Pompejus* (com. artis Donati, Keil V p. 221) pro certo statuere non vult,

utrum inchoativa sint necne, et difficultatem solvere conatur dicens ea quasi partem habere perfectionis, id est perfectæ formæ, et partem inchoativæ.

Sententiæ veterum grammaticorum latinorum ut ad subtiliorem artis grammaticæ rationem non pertinent, ita eo consilio sunt allatæ, ut origo nominis exponeretur. Quæ autem docti viri posterioris ætatis de significatione verborum in *-scō* protulerunt, hæc fere sunt. *Sittl* [1], quem non fugit verba ’inchoativa, magna ex parte vi inceptiva prorsus carere, ea tantum vera et sincera inchoativa appellat, quæ cum præpositione carent tum a verbis secundæ conjugationis sunt derivata quæque denominativa sunt primæ conjugationis. Concedit autem non modo ’poetas metrorum difficultatibus coactos inchoativa atque primitiva haud accurate discernere’, sed etiam in oratione soluta scriptores haud raro magis numerorum sonitatem et suavitatem quam notionum differentiam spectasse, ut præcipue formas pondere graves inchoativis æquare studerent’.

Bréal [2]) quum originem vis inceptivæ investigaret, ad explicationem confugit, quam alii probarunt. Contendit enim verba velut *senēsco, adolēsco*, gr. γηράσκω, ἡβάσκω effecisse, ut ad eorum similitudinem alia quoque verba vim inceptivam acciperent. Hanc in sententiam animadvertit *Ploix* [3]) numerum verborum in *-sco* majorem esse quam ut vim a verbis illis reportasse haberentur neque fieri posse, ut originem vis ’inchoativæ’

[1]) Archiv I p. 497 seq.
[2]) Mém. d. l. s. d. ling. VI p. 344 seq.
[3]) Mém. d. l. s. d. ling. VI p. 399 seq.

suffixi explicaremus. Qua de causa *Ploix* vim inceptivam verbis in *-sco* adscribendam esse negavit atque aliam viam ingressus est, qua quæstionem de significatione propositam sibi videretur extricasse. Secundum ejus sententiam, cui accedit *Job*, verba lat. in *-sco* cadentia significant actum, qui lente conficitur vel statum, qui gradatim mutatur. Hanc autem sententiam non parva difficultate laborare ante oculos positum est. Nam non modo quæ verba *Ploix* rationi repugnare censet, *paciscor*, *ulciscor*, *apiscor*, *nanciscor*, *fruniscor*, *hæresco*, *hercisco*, *delitesco*, sed etiam permulta alia notione illa carere nemo non videt. Quod *Job* objicit vim suffixi infirmari, quin etiam evanescere potuisse, non impedit, quin sententiam ejus falsam esse statuamus, præsertim quum quid causæ fuerit, cur suffixo notio illa addita esset, intelligi non possit.

Quum igitur quæ de ratione inter suffixum et notionem verborum intercedente a doctis viris afferuntur, mihi non ita arrideant, quid ipse de significatione verborum lat. suffixo *-sc-* formatorum statuam, hic exponere velim. Ad intelligendum, quæ significatio ejusmodi verbis inesse habenda sit, magni interest, ut quæ supra de ratione formandi disputavimus, in memoriam revocemus. Stirpes igitur, quæ ad præsens non pertinerent, jam temp. ieur. cum suffixo *-sq-* conjunctas esse, ut formationes in *-sqō* fingerentur verisimillimum est neque alienum est putare primitus modo stirpes ad aoristum præcipue pertinentes usurpatas esse. Quæ cum ita sint, facile cogitari potest vim

aoristi verbis *-sqō* formatis adhæsisse [1]). Hic non est locus disserendi, utrum notionis differentia, quam præbent aoristi linguarum singularum, ad unam eandemque notionem, linguæ ieur. propriam atque actum 'perfectum' significantem, sit referenda, an fuerint jam temp. ieur. varii gradus significationis, qui e ratione formandi penderent, quæ cuique aoristo subesset. Utut hæc res se habet, certe in lingua græca aoristus actum ingredientem, ut ita dicam, significare potuit ex. gr. δακρῦσαι 'in lacrimas effundi', ἐδάκρυσα 'lacrimæ mihi erumpunt'. Ejusmodi vim ad aoristum pertinentem ad tempus ieur. redire atque apud verba suffixo ieur. *-sq-* formata reperiri non possum quin pro certo statuam. Eo igitur munere suffixum ieur. *-sq-* jam temp. ieur. functum esse mihi videtur, ut actum ipsum ingredientem significaret cfr lat. *rubeo* = rubor est fusus et *rubēscit* = rubor exoritur, *horreo* = horrore perfusus sum et *horrēsco* = horror me repente capit, ex. gr. horrēsco semper, ubi pultare hasce occipio miser (Ter. Andr. 633), etsi accidere potuit, ut significatio suffixi propter vim ac naturam stirpium verbalium infirmaretur, quin etiam interiret, id quod in verbis transitivis, quæ vocantur, factum est, ex. gr. sct. *prcháti*, lat. *pōsco* sim.

In latina quidem lingua, quæ usum suffixi ultra fines, quos designaverat lingua ieur., dilatavit, significatio facillime intelligitur. E stirpibus disyllabis in *-ē*, quas jam temp. ieur. significatione neutrali-passiva præditas esse credibile est, originem duxerunt duo

[1]) In lingua arm. suffixum 'inchoativum, vim habet aoristi, vide Brugm. Grundr. II p. 1033.

genera verborum lat., verba quædam passiva neutralia in *-eo* et verba quædam in *-esco*, quæ genera discrimen certum significationis exhibent ex. gr. *candet ebur: aër solet purpureus fieri et rursus candescere solis ab ortu; æquora tuta silent: dum hæ silescunt turbæ* (Ter. Ad. 785). Non opus erit exempla rei satis cognitæ enumerare; id tantum egi, ut originem significationis quærerem. Dici igitur potest verba lat. in *-ēsco* non tam initium status significare quam actum ipsum ingredientum, cujus significationis causa non in suffixo solo sed potius in ipsa ratione formandi posita erat. Quod ad verba in *-ēsco* novata velut *exalbēsco vivēsco* attinet, suffixum iis via analogiæ notionem tribuit, quam primitus non nisi cum stirpibus verbalibus conjunctum acceperat. Qua in re quantum valerent præpositiones, supra (pag. 39) memoravimus, neque ullam aliam ob causam præpositio una cum suffixo *-sc-* adhibita esse videtur, quam ut notio verbi novati elucesceret. Eodem munere, ut actum ingredientem significet, suffixum fungitur in ceteris verbis, quæ originem debent verbis stirpem præsentis suffixo *ꭓō ĭ* aut ope vocalis thematicæ formantibus, neque alia est ratio verborum in *-āsco*. Conferas velim *dormio: obdormīsco* 'somnus me capit', *gemo: ingemīsco, tremo: intremīsco, vesperāscit, labāscit* ex. gr. labascit victus uno verbo Ter. Posterioribus autem linguæ latinæ temporibus suffixum -sco- vim primariam amisit, quo factum est, ut verba suffixo -sco- formata a verbis simplicibus non differrent [1]).

[1]) vide Sittl Archiv I p. 519 seq.